DISPUTATIO JURIDICA DE COLLATIONE BONORUM QUAM PRAESIDE DN. GEORGIO WERNERO...

Georg Werner, Lorenz Wichmann, Valenti Gonzaga

Magnificis admodum Reverendis, Nobilissimis, Consultissimis, Amplissimis, Gravissimisq;

VIRIS

DN. BARTHOLDO Twestreng J. U. L.
ac Consuli Patriæ

DN. JOACHIMO GÖDERSEN J. U. D.
ac Reverendi Capituli Hamburgensis
DECANO

DN. JOHANNI MULLERO J. U. D.
Patriæque Syndico

DN. LUCÆ LANGERMANNO J. U. D.
ac Rev. dict. Capit. Canonico

DN. CHRISTIANO LANGERMANNO
Phil. & Medic. D.

DN. ERICO WÖRDENHOFIO J. U. L.

DN. IACOBO BLOCKIO J. U. L.

DN. THEODORO LANGERMANNO
J. U. L.

DN. LAURENTIO WÖRDENHOF.
Patriæ DuodecimViro & Presbytero Ecclesiæ
Petro-Paulinæ.

DN. HENRICO TECLENBURG
Civi Primario.


Patronis, Cognatis, Affinibus ac Promotoribus suis perpetuum amandis, suspiciendisque

S. P. D.



Quod bene vertat Deus!

THESIS I.



Um duplex de jure civili sit successio, alia testamentaria, alia legitima §. *ult. I per quas pers. cuique acquir. l. 2. 3. 5. ff. d. pet. hered.* & in legitima potior sit causa liberorum, utpote, qui omnibus aliis & ascendentibus & collateralibus præferantur; præsertim cum jure naturæ pater non tantùm liberos educare, Arist. *7. Pol. c. ult.* sed insuper etiam instrumenta vitæ, quibus perquam multis indiget vita nostra *7. Pol. c. 7.* parare teneatur, unde illi se sustentare possint; imô omnia quæ Parentes acquirunt, quodammodo in gratiam liberorum acquirunt, *l. 50. §. 2. ff. de bon. libert.* vid. Zantz. *pract. quot. de bon. divis. c. 6.* Hinc non absurdè colligi poterit, cum liberi viventibus parentibus quodammodo Domini habeantur instrumentorum vitæ § *2. I. de hared. qual. & diff.* § *9. I. de hared. quæ ab intest. l. un. C. de imponend. lucrat. descript. junct. l. 11. de lib. & posth.* quod in quorum gratiam omnia congesta sunt, eorum & illi æqualiter Domini pro parte sua fiant, uti patet ex *1. Pol. 5.* Cum itaque vita nostra sine sufficienti apparatu instrumentorum vivi haud possit, uti porrò constat ex *8. Eth. 14.* & liberi sint quasi parentum viscera, merito quoque pro facultatibus æqualia ipsis tribuenda sunt.

II.

Quoniam igitur jus naturæ bona parentum liberis attribui vult, uti patet ex *d. l.* Aristotelis; quo etiam faciunt insignes textus Juris Romani in *l. 3. C. quor. bon. l. 7. §. ult. ff. si tabul. test. Nov. 1. in præf. l. 36. §. ult. C. de inoff. test.* ubi Imperator vocat naturale debitum; & pater optimè unicuique liberorum consulturus intelligitur, cum nullus sit affectus qui vincat paternum *l. 22. §. ult. ff. ad L. Iul. de adult. l. fin. pr. C. de Curat. fur.* Brunneman. *ad l. 26. C. fam. hercisc.* nullum propterea dubium est, quin & bona sua parentes inter Liberos æqualiter distribui velint per *§. 2. I. de hæred. qual. & diff. §. 3. I. de hæred. quæ ab intest. l. 10. ff. pro soc.* facit huc quoque jus novissimum *Nov. 118. c. 1.* quia scil. inæqualitas est discordiæ seminarium *l. ult. C. fam. hercisc. auth. in successionem C. de suis & legitim.* Covarruv. *in c. 16.* Raynutius *§. 1. n. 6. 7. X. de testam.* Cum itaque primò omnium liberorum sit habenda ratio teste quoque Ambros. Schurer. *tract. de hæred. quæ ab intest.* ratio & æquitas naturalis quoque nobis suggerere videtur eos potius amare, quos procreavimus, quàm illos, qui nobis nullo vinculo sunt conjuncti *l. 30. C. de fideicom. l. 102 ff. de condit. & demonstr.* unde etiam illis quasi lex quædam tacita bona suorum parentum addicit, uti eleganter loquitur JCtus in *l. 7. pr. ff. de bon. damn. l. 7 §. 1. unde lib. V.* Georg. Schultz *in expos. arbor. consang. c. 10. memb. 1. n. 5.*

III.

Hisce præmissis uno quasi intuitu videre licet, quam unanimiter jura nostra æqualitatem inter liberos desiderent, nec uni plus, alteri verò minus addici velint: ex quo porrò sequitur, eos sua quoque bona conferre teneri, qui appetunt paterna *l. 1. pr. ff. de coll. bon.* Etsi enim lex *XII. tabb.* emancipatos pro incognitis habeat *§. 9. I. de hæred.*

quæ

qua ab intest. cum nec sui hæredes sint, qui in potestate esse desierunt, nec agnati propter mutationem familiæ, legitima hereditas quæ LL. XII. tabb. suis duntaxat heredibus & post hos agnatis deferebatur, ad eos non pertinebat *l. 11. ff. de suis & leg. hæred. l. 1. §. 8. ff. ad SCtum Tertull. l. 7. ff. de cap. min.* ac cum ita eveniret, ut omni remedio filius emancipatus esset destitutus, idque naturali æquitati, de qua jam pauca attigimus, maximè refragaretur, dum liberos ad successionem omnes vult admitti *d. l. 7. §. fin. si tab. testam.* Harpr. *d. §. 9. n. 2.* emancipati verò nihilominus liberi adhuc sint & maneant, quia manet naturale vinculum & jus sanguinis *l. 6. pr. ff. de his qui sui l. al. l. 4. unde liberi l. 8. ff. de R. I.* Forst. *l. 4. de success. ab intest. c. 12. n. 5.* Prætor omninò his quoq; ex dicta æquitate succurrere & perinde emancipatos vocare voluit, ac si capite minuti haud essent, deferendo ipsis bonorum possessionem *unde liberi* atque ita eos in partem paternorum bonorum cum suis admittit *d. l. 4. unde lib. l. ult. §. 1. C. de legit. hæred. l. 6. §. 1. de bon. poss.* Vinn. *ad l. §. 9. de hæred. qua ab intest.* Harp. *ibidem Coll. Arg. tit. de collat. n. 1. in fin* Vinn. *tr. de collat. c. 2. n. 1.*

IV.

Est ergò & hic Prætor suo officio functus, dum juxta morem in *l. 7. §. 1. ff. de Inst. & Iur.* ipsi præscriptum jus sanguinis quod nullo jure civili dirimi potest *l. 8. ff. de R. I.* in emancipato defendit, bonorum possessionem concedendo *l. 2. ff. de bon. poss. l. 3. §. 2. ff. eod.* adeò ut ipsi per Prætorem concessa bonorum possessoria hæreditatis petitione experiri liceat, Wesenbec. *paratit. de possess. hæred. n. 2. l. 1. ff. d. t.* Hinc jam natum est Ius Conferendi, (quò æquitatis finis, quem prætor in omnibus semper intendit; cum omne ipsius studium ad æquitatem tendat *l. 1. ff. de eo per quem fact. & præm. tit. ff. de collat. bon.* causam finalem

lem arguit *l. ult.* & ibi Bart. *n. 3. ff. de hæred. instit.* atque etiam jure novo ea æqualitas præcipiatur, & leges nostræ certa constent æquitate *l. 13. §. 5. ff. de jurejur.* meritò etiam hunc finem sibi in hac materia propositum habent constitutiones Imperatorum: *l. 17. l. 20. §. 1. C. h. t.* Brunnerus *c. 1. d. 1. n. 80.*) quoniam nihil æque sociat animos conservatque amicitiam inter posteros, quam rerum omnium æquo jure ad unumquemque pertinentium æqualitas arg. *l. 77. §. 21. ff. de leg. 2. l. 10. ff. h. t.* Unde fit ut etiam ab intestato ei locus sit *l. 9. C. h. t. ibiq; Dd.* juxta Brunnem. & alios uti & Zoes. *ad ff. h. t. n. 5.*

V.

Ne verò hic quasi per vastum agrum vagi palemur intra hosce terminos nostras theses pro ingenii modulo includere placet: & quidem *primò inquisituri sumus, quid sit collatio? 2. quotuplex? 3. quæ personæ sint conferentes. 4. quænam res conferendæ. 5. Quâ in successione collatio locum sibi vindicet. 6. quibus modus peragatur & 7. quis tandem finis collationis sit.*

VI.

Missâ igitur vocis *Collationis* homonymiâ, quæ passim in jure occurrit, uti videre licet apud Dd. præsertim Vinn. *tr. de collat. c. 1. n. 1.* nunc pro subjecta materia collationem lubet definire; cum verò teste Philosophorum Principe πᾶσαι αἱ ἐπιστῆμαι διὰ ὁρισμῶν γίνονται uti habet *2. post. analyt. 14.* & ipsi ICti veteres hunc morem ferè observaverint *l 1. pr. ff. de I. & I. l. 1. pr. ff. depos. & passim.* & nos merito hic ita progrediemur. Derivatur itaque collationis nomen à verbo conferre, quod idem est ac tribuere *t. t. h. tribut. act.* tributionem facere *l. 5. §. 16. ff. eod.* seu contribuere *l. 1. t. t. ad L. Rhod. de jactu.* Wesenbec. *parat. n. 1. ff. h. t.* & latè Brunnerus *d. l. c. 1. n. 5.* Placet E hic paucis eam definire, nempè *quod collatio sit actus quo bona liberi cen-*

ri conferunt in commune ut ex æquo succedatur, Quamvis enim Dd. in genere collationis constituendo non conveniant; quidam enim loco generis ponunt jus, ut nimirũ sit jus, quo sui possunt emancipatos cogere ut in commune bona sua conferant, attamen hoc minus rectè fieri videtur. Nam si hæc ratio procederet, sequeretur quoque, quod actus solutionis possit per jus definiri: cum debitores plerumque, morosi præsertim sua sponte non solvant, nisi cogantur. uti privatim dissérebat in prælect. Wesenb. Magnificus Dn. Præses Præceptor ac Patronus meus ætatem devenerandus. Quamvis verò collationem per jus definiant etiam Brunnerus *c. 1. n. 54.* ubi inquit: quamvis collatio ipsam rerum denotet communicationem, quæ facti est *l. 7. §. 3. ff. de curator. furios.* quatenus tamen fieri debet prætoris æquitate, pars juris est prætorii, Brunner. *d. l. n. 58.* & Vital. Neumaus. *tr. de coll. bon c. 1. n. 3.* nostræ tamen sententiæ habemus authores Bachov. *ad Tr. vol. 2. disput. 29. th. 3. p. m. 1091.* Vinn. *ad I. tit. quib. mod. toll. oblig. p. m. 705.* Nostrum autẽ non fert institutum aliorum omnium definitiones hîc adducere; quamvis multi aliter atque aliter describant. Videri de hac re possunt Wesenbec. qui definit per contributionem, Treutl. *vol. 2. disp. 17. th. 1.* Zoes. *comm. h. t. n. 2.* & Vinn. *tract. de coll. bon. in princip.* Jure verò Canonico sumitur collatio 1. pro gratuita quadam beneficii vacantis assignatione legitimè facta ab habente potestatem Clerico *t. t. X. de prabend. & c. 33. eod. in 6.* Panorm. *in c. 3. & seq. c. fin. X. de instit.* 2. Pro collatione ea, quam diebus quadragesimalibus jejunantes faciunt de sero, magis ad sustentationẽ naturæ quã delicias. Vid. *hic Taborus not. C. A. M. init. tit. de collat.* Gothofred. *in not. ad Nov. 1. vers.* collatio Rittersh. *in proœm. Nov. 1. c. 1. n. 19.* Panorm. *in rubr. X. de observat. jejun. n. 3.* Treutler. *vol. 2. disp. 17. th. 1. lit. A.*

Quid-

Quidquid autem aliis videatur, nobis hic placet defendere illam definitionem, qua dicitur *actus aliquis bona sua in commune conferendi,*

VII.

Nunc ad alterum thesium harum membrum paucis progrediemur. Constitui autem potest collationis divisio, quod alia sit *propria* alia *impropria*: quarum illa ad res jam hæreditarias & communes pertinet, nempe profectitias, quarum administrationem saltem habuit filius *l. 18. C. fam. hercisc. l. 12. C. h. t. ibiq. Dd.* Hæc verò concernit res proprias liberorum, quas, ut communes fiant, necesse est prius conferri. Brunner. *c. 1, n. 71.* Vinn. *c. 16. n. 1.* Item collatio alia est *realis*, alia *quasi realis l. 1. §. 11. ff. h. t.* Brunner. *c. 5. n. 1. & 4.* Nobil. Dn. Hahn. *ad VVesenb. h. t. n. 6.* Jacob. Ferrer. *tr. de collat. cap. 19.* & rursus alia *cautionalis* de qua infra. *Verè realis* est, quando actualiter res inferuntur & communi hæreditati permiscentur *l. 9. ff. h. t. Quasi realis* verò variis fit modis, de quibus vid. *C. A. h. t. n. 9. p. 877.* & quidem fit ea vel per divisionem citra illationem; ut cum res conferenda cum hæredibus dividitur citra actualem illationem in communem hæreditatem *d. l. 1. §. 11, 12. ff. h. t.* vel per delegationem, quando filius emancipatus nomen paterni debitoris suo delegavit *d. §. 12. h. t.* Bocerus *p. 1. class. 3. disp. 13. th. 41.* Zoes. *ad ff. h. t. n. 48.* vel per dationem alterius rei, pro portione bonorum, quæ conferre debuit; vel per liberationem, cum eum, quem conferre oportet, liberaverint *l. 2. C. h. t.* si nempe tantum ex bonis hæreditariis remittatur, quantum ii quibus esset conferendum ex collatione illa consequi potuissent *d. §. 12.* V. Honded. *Consult. Jurid. vol. 1. consult. 14. n. 52.* requiritur tamen ut quæ remittuntur, æque sint liquida, ne inde alter damnum sentiat *l. ult. C. de compens.* cum ea remissio pro quasi com-

si compensatione sit habenda Vid. Nob. Hahn. Praeceptorem meum observantissimum *obs. hic n.6.p.m.526.* vel per detractionem quando scilicet sinit tantum detrahi ex sua portione quantum conferre debuisset *l. 1. §. sed etsi. ff h. t.* vel per computationem, quando id, quod conferre debuit, computatur in portionem ejus, vel denique si loco rei, quam ad collationẽ obstrictus citra dolum & culpam suam habere desiit, conferatur inanis actio, Nov. *97. c. 6. in pr. & §. 1. vers. sin autem l. 5. C. h. t.* uti iterum me docuit Magnif. Dn. Praeses Patronus meus honorandus.

IIX.

Postquã nunc evolvimus collationis definitionẽ, & divisionẽ, ad tertiũ membrũ causã scil. efficientẽ, nempe personas conferentes paucis progrediemur: ponimus autem hic pro regula, non nisi locum esse collationi quã inter liberos; jure autem veteri ad collationem bonorum vocabantur soli liberi emancipati, idque tum demum, si aut bonorum possessione contra tabulas petita, aut nullo testamento facto, ex capite unde Liberi succedebant una cum fratribus suis *l. 1. pr. §. 5. ff. h. t. l. 9. C. eod. l. 20. §. 1. ff. de bon. poss contra tabb.* Vinn. *d. tr. c. 4. n. 2.* & porrò veteri jure tantum inter descendentes ex linea paterna, novo verò etiã inter descendẽtes ex linea materna fit collatio *l. 1. pr. l. 17. C. h. t. l. fin. C. com. utriusq; jud.* Duarenus *com. ad ff. d. h. t. c. 4.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 17. th. 2 p. m.* 1080. Wesenb. *h. n. 5* ibique Magnif. Hahn. Praeceptor meus honorandus *d. l.* Struv. *exerc. 37. th. 22. 23.* Rittershus. *ad Nov. p. 7. c. 22. n. 6.* Vinn. *c 5.* Cum enim matri per liberos nulla quaerebantur bona, pr. J. *per quas pers. cuique* quia liberos non haberet in potestate §. 10. *I. de adopt.* atqs ita per consequens matri succedentes nullâ se invicem afficiebant injuriâ: cum verò collatio jure novo alium sibi habeat propositum fi-

nem, meritò etiam inter descendentes ex linea materna locum sibi vindicabit collatio.

IX.

Cum autem ex *Nov.* 118. ab intestato succedentium tres sint ordines, primus descendentium, secundus ascendentium & tertius collateralium: videbimus in quibus onus collationis subsistere possit. Descendentes enim præferuntur ascendentibus & collateralibus, in tantum ut licet defunctus de cujus hæreditate agitur, in alterius fuerit potestate, liberi tamen præferantur Parentibus in iis rebus quæ vivo filio non acquiruntur patri, ut sunt castrensia, & quasi, nec non adventitia quoad proprietatem *d. Nov.* 118. *c.* 1. Suthold. *diss.* 11. *th.* 43. Conferunt E. primum omnium descendentes, Struv. *exerc.* 37. *th.* 22. Hi enim sine ulla emancipationis aut suitatis distinctione (aliter ac jure veteri *l.* 1. § *fin.* *l.* 2. §. *si tres l.* 3. §. *Iulianus ff. de collat. bon. l.* 9. *C. eod.* Obstare quidem videtur *l.* 1. § 16. *ff. de coniung. cum emancip. lib.* sed Vid. Fr. de Amaya *obs. iur. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 19. *& seq.*) hodie sibi conferunt invicem *l.* 17. *C. h. t.* *Nov.* 118. Wesenbec. *in parat. h. t. n.* 5. Bachov. ad Treutl. *vol.* 2. *disp.* 17. *th.* 3. *lit. E.* Rittershus. *expos. Nov. p.* 7. *c.* 22. *n.* 6. Grass. 2. *recept. sent. artic. collat. bon. q.* 5. *n.* 4. Vide tamen dissentientem Brunn. *tr. de coll. bon. c.* 3. *& c.*

X.

Descendentium verò, id est liberorum appellatione veniunt non modò liberi sed & nepotes cæterique descendentes ab eo de cujus successione agitur *l.* 1. §. 16. *l.* 1. § 3. *l.* 3. § *ult. ff. h. t. l.* 17. *C. h. t.* Vital. Nem. *c.* 1. *n.* 13. *l.* 220 *ff. de V. S. l.* 67. *de R. N. l.* 84. *l.* 148. *l.* 201. *ff. d. V. S.* Vid. Goedd. *ad d. l.* 220. *ff. d. V. S.* & alios DD. *ibid. l.* 48. *f. l. matrim.* & passim Schard. *ad rubr. n.* 0. *C. h. t.* quamvis fuerint emancipati, modò filius, è quo nati, prædefunctus in potestate re-

ſe retentus ſit *d l. 1. §. 16. ff. h.* Cyn. *n. 2. ad l. 9. C. h. t.* Ratio, quia filii ſuccedunt in ſui Parentis locum *§. 6. I. de hæred. quæ ab inteſt. ibid.* Mynſing. *l. 7. ff. h. t.* Gregor. *ſyntagm. 46. c. 8. n. 25.* Saport. *c. 4. n. 52.* Forſter. *tr. de hæred. quæ ab inteſt. l. 4. c 1.* ſive fœminæ ſint, ſive maſculi, emancipati, vel ſui, poſthumi, vel jam nati, filii vel nepotes uti ſupra dictum, Suthold. *diſſ. 11. th. 44.* Et non modò ſibi invicem conferunt *l. 9. ff. h. t.* Bocer. *diſp. 13. n. 5. l. 17. C. h. t.* Vital. *c. 1. n. 13. l. 11. C. h. t. l. 2. pr. ff h.* Brunner. *c. 3. n. 111. & ſeqq.* verum etiam cum Patruis, amitis, avunculis, & materteris hodie concurrentes hiſce conferunt: ſicut hæ perſonæ viciſſim illis *l. 10. verb. talem. C. h. t.* Vital. Nem. *q. 24.* Saport. *c. 4. n. 83.* Struv. *exerc. 37. th. 24.* Nepotes autem hic quoque eos intelligimus, qui nondum nati, concepti tamen & poſt mortem avi editi: conferunt enim hi ex perſona Parentum *l. 2. pr.* ubi Bart. *ff. h. t.* § *6. 8. I. de hæred. quæ ab inteſt. l. 7. ff. de ſtat. hom.* quod olim hac nitebatur ratione; quia deſcendentes jure ſuitatis tantum admittebantur, adeoque neceſſariò præmortui parentis locum ingredi debebant, poſtquam verò Juſtinianus in *Nov.* 118. naturalem potius quam civilem rationem attendi voluit, debent hi nepotes utpote ſuo jure venientes ex ſua quiſque perſona in capita ſuccedere Vid. Suthold. *diſſ. 11. th. 51.* Interim & paſſivè collationis commodū ſentire eos patet ex *l. 1. § 8. l. ult. ff. h. t. l. 11. pr. C. eod. ibiq. Dd.* Duaren. *c. 4. de collat.* Brunn. *c. 3 n. 115.* Hic enim militat ſumma Juris æquitas; ut quòd damnum quis ſentiat, à ſe accepta conferendo, idem lucrum quoque ſentiat à reliquis dum paſſivè collatione fruitur *l. 10. ff. de R. I. l. ult. §. 3. C. de furt.* non tamen priusquā naſcantur ac vivant nepotes *l. ult. ff. h. t. l. 129. ff. de V. S. l. 11. C. h. t* ſi verò nepos poſt mortem avi & conceptus & natus, neque civili neque prætorio jure

ad hæreditatem avi admitti potest § *8. I. d. hæred. quæ ab intest. l. 1. §. 8. ff. unde cognati l. 6. pr. vers. sed hæc de inoff. rupt. C. A. M. h. n. 4. in fin.* Vinn. *ad d. §. p. m. 567.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. disp. 16. th. 1. lit. G.* Bocer. *disp. 13. n.* 19. Suth. *diss.* 11. *th. 52.* Vid. tamen distinguentes hic Dd. *ad auth. itaq; mortuo C com. de success. quos citat Rittershus. in expos. Nov. part. 7. c. 4. n. 17.*

XI.

Occasione hujus quæritur, quid obtineat, si nepotes Patris qui accepit, hæredes facti non fuerint? Hic Dd. communiter distinguunt, an soli nepotes avo inter sese succedunt, & tunc repudiantes hæreditatem paternam non conferunt ea quæ Pater accepit *l. 2. ff. h. t.* Si verò concurrant cum patruis vel avunculis, tunc licet repudiarint, sunt tamen nihilominus collationis oneri subjecti Struv *exerc. 37. th. 24.* Vinn. *c. 12. n. 1.*

XII.

Descendentes autem hic intelligimus eos, qui ex justo matrimonio sunt nati, de quibus solis loquitur *Nov. 118.* quibus tamen æquiparantur legitimati V. *Nov. 74. Nov. 89.* Forster. *de hæred. quæ ab intest. lib. 6. c.* 19. Rittershus. *ad Nov. part. 7. c 6. l. 4. c. 1.* sive fœminæ sint sive masculi ut supra dictum. Justinianus enim in deferenda successione legitima, solam conjunctionem naturalem & æquitatem spectavit, neglectim habito civili jure suitatis, agnationis & familiæ Suthold. *diss. XI. th. 44.*

XIII.

In successione jam ab intestato (nam quoad successionem ex testamento hodieque differunt quia emancipato filio præterito, etiam sine causa ne hodie quidem testamentum est nullum, sed prætor ex æquitate dat præterito bonorum possessionem contra tabulas *§. 3. I. de ex hæred. lib. Suthold.*

bold. diss. 8. th. 7. diss. XI. thes. 88. filio autem in potestate præterito, inutile est testamentum *pr. l. d. t.)* emancipati suis sunt exæquati *Nov. 118. c. 1.* hactenus scilicet, ut jure civili defuncti parentis hæreditatem consequantur citra beneficium Prætoris, non tamen ipso Jure ut sui, sed per aditionem. Emancipati verò ex edicto sibi invicem nihil conferebant, cum enim pari jure ad bonorum possessionem omnes admittantur, nullo incommodo alter alterum afficiebat. *l. 1. §. 5. ff. h. l. 2. §. 5. ff. eod. l. 9. C. ibid.* Brunner. *c. 3. n. 36.* Ratio hujus elegans habetur in *l. 1. §. 13. de conjung. cũ emanc. lib.* Objic. *hic. l. 1. §. 16. ff. dict. tit.* de qua dictũ supra. Toties autẽ cessat collatio, quoties emancipatus eum qui in potestate remansit nullo affecit incommodo *l. 1. §. 3. 4. 5. 10. h. l. 20. §. 1. ff. de bonor. poss. contr. tab. l. 1. §. 13. de conjung. cum emanc. lib. C. A. M. h. t. n. 3.* Imò emancipatos emancipatis nec hodie conferre, nisi quid ab eo parente sint consecuti cui succedunt, idque ad servandam æquitatem ut loquitur textus *in l. 17. C. h. t.* & tradunt Fachin. *5. controv. 77.* Loes. *com. hic. n. 11.*

XIV.

Nec suos invicem sibi, neque emancipatis ex edicto conferre patet; cum etiam hic cesset collationis ratio, quoniam sui patri suo ab intestato succedentes aut inter se aut cum emancipatis, nec sibi invicem aliquid auferendo injuriam faciant, cum æquali jure omnes hæredes sint ex antiqua *L. XII. tabb.* nec emancipatis, à quibus potius ipsi injuriam patiuntur *l. 1. pr. l. 5. ff. h. t.* Verùm legibus novis & posterioribus omnes descendentes quibuscunque ascendentibus tam paternis quam maternis, si succedatur conferunt *l. 17. l. 19. l. ult. C. h. Nov. 18. c. 6.* Fr. de Barry. *de success. ab intestato lib. 14. t. 1. n. 1.* Bachov. *2. disp. 12. th. 3. p. m. 1056.* Nam hoc pro generali regula à

Dd. traditur, *toties esse locum collationi, quæ alias cessaret quoties eâ omissâ, nimis magna emersura esset inæqualitas* arg. *l. pen. C. h. t.* Honded. *vol. 2. consult. 82. n. 32. 33.* Christian. Kremb. *tr. de sumpt. studios. quæst. 1. membr. 4. n. 82. 83.* cum ob id aliquando in legato non venit id quod aliàs veniret *l. 12. § 43. vers. sed ipse Papinianus ff. de instruct. l. instrum. leg.* Vid. Mantic. *de conjectar. ultim. volunt. lib. 6. tit. 2. n. 5. vers. illud etiam.* Eoque casu potius ad usum concessisse, quæ alter liberorum perceperit, quam donasse pater censetur arg. *l. 77. § 8. ff. de leg. 2.* Jus enim præsumit parentes inter liberos æqualitatem servare, nec alios ditare alios verò pauperes facere voluisse *arg. l. fin. C. fam. hercisc. l. 30. C. de fideicom. l. 6. C. de servit. & aqua. l. 3. C. de inoff. test. c. 8. c. 23. q. 5.* Frantzk. *ad ff. p. m. 489.* Brunner. *c. 4. n. 129.* adeoque non solum emancipati suis, sed etiam sui emancipatis, nec non sui suis, quin & emancipati emancipatis conferre tenentur *d. l. 17. l. 19. C. h. t.* Struv. *exer. 37. th. 23.* Vital. Nemaus. *c. 2. n. 4. 5.* Bachov. *d. l. lit. E.* Rittersh. *ad Nov. p. 7. c. 22. n. 6.* Gregor. Tholos. *lib. 46. c. 8. n. 25.* Brunner. *c. 3. n. 27. n. 30.* Sichard. *ad rubric. C. h. t. n. 9.*

XV.

Intelligimus verò hic emancipatos non solum eos qui jure XII. tabb. per trinam venditionem & emancipationem solenni ritu sui Juris sunt facti sed etiam eos, quos ex constitutione Imp. *in l. 5. C. de emancip. lib.* parentes principali impetrato rescripto ac Magistratui oblato emancipârunt. Si enim omnes per *l. 18. C. de collat.* conferre sunt obstricti etiam tunc quando in ipsa emancipatione jura ipsis sunt reservata *l. 11. C. de leg. hæred.* idem etiam dicendum de liberis qui ex *constitut. Impp. ex l. ult. C. de emancip. lib.* patris nexibus se liberarunt. Etsi enim Imp. in ista lege omnem

pristi

pristinam fictionem planè aboleverit, ac exploserit, effeceritque, ut pater & filius rectè competentem Magistratum adire ipsique suam voluntatem exponendo declarare possint, nihilominus tamen qui hoc modo sese patria potestate liberarint, æque ac ii qui ex antiquo Jure facti sunt sui Juris, omnibus emancipatorum Juribus ac beneficiis gaudent per *l. 5. C. de emancip. lib.* Imò quod nulla supersit inter emancipatos & suos differentia, nisi solummodo circa collationem donationis simplicis tradit Cyn. *n. 1. q. 13. ad l. 9. C. h. t.* Sich. *ad d. rubr. n. 9. & auth. ex testam. n. 18.* Vital. Nemaus. *c. 1. n. 3. 4. 5. de collat.* Gregor. *lib. 45. synt. c. 8. n. 25.* vid Suthold. *diss. XI. th. 45.* Si verò emancipati scripti sunt hæredes unà cum suis fratribus & ex testamento hæreditatem obtineant, bona sua fratribus non conferunt *l. 6. ff. de dot. coll. l. 35. ff. fam. hercisc. l. 1. l. 7. C. h. t.* Cessat enim hic quoq; ratio edicti, quia nulla hoc casu fit injuria; neque quicquam fratribus avocatur, cum emancipatus à patre una hæres scriptus est, & ita directò ex Judicio patris succedit; jam novissimi juris est ultimam voluntatem defuncti omnibus modis conservari debere ut habet *c. 4. c. 13. q. 2. l. 72 §. 4. ff. de condit. & demonstr. Nov. 22. c. 2. l. 19. pr. ff. d. t. & passim* V. Harp. *ad §. 3. I. de legat. agnat. tut. n. 5. 6. &c.* Limitant tamen DD. nisi expressè testator aliud caverit, *d. l. 1. l. 7. C. h. t.* Nec obstat hic *l. 25. ff. de inoff. test.* Ex his omnibus sequitur, quod extranei immunes sint ab onere collationis Bartolus *in l. si emancipati. & l. pater filiam ff. de coll. dot.* Unde si cum liberis extranei quidem succederent, tunc filii nihil conferrent extraneis, nec extranei filiis, ratio est quia ad collationis naturam requiritur ut fiat per descendentes in successione ascendentis, V. Sichard. *elegantissime differentem ad rubr. C. h. t. n. 9 & 10. &c.* Brunner. *c. 5. n. 111.* Struv. *exerc. 37. th. 25.* Vinn. *c. 7. n. 6.*

XVI.

XVI.

Etsi verò sint non pauci inter Dd. qui non secus ac Jure antiquo ff. emancipatos sibi invicem conferre negent, imò dissentientium opinioni & ipsa jura refragari asserant uti sunt Brunner. *d. tr. c. 3. n. 41.* Saporta *n. 55. & supra al. leg.* Zoesius *com. ff. h. t. n. 51.* Idem statuit Duar. *c. 4. C. h. t.* item Fachin. *5. controv. 77.* sed hanc sententiā nos non propugnabimus sed communi & hodiernæ Dd. opinioni firmiter insistemus quod nimirum emancipati conferre debeant. Vital. Nemaus. *c. 2. n. 4.* Rittersh. *ad Nov. p. 7. c. 22. n. 6.* Struv. *sæpius d. l. & eleganter* Sichard. *ad rubr. C. h. t. n. 9.* Bachov. *ad Tr. h. t. lit. E.* Schnobel *disp. 18. th. fin.* *C. A. M. h. t. n. 4.* & faciunt huc textus in jure expressi *l. 1. § 13. ff. de coniung. cum emancip. lib. l. 1 in fin. pr. ff. si tab. test. non. extent. l. 1. §. 3. in fin. ff. h. l. 10. in fin. ff. h. l. 3. ff. de dot. coll.* Vide hic iterum latè *C. A. M. h. t. n. 5.* fermè sub init. ubi plures casus enumerantur quibus emancipatus oneri collationis obnoxius redditur.

XVII.

De liberis in adoptiva familia existentibus quæritur an hi conferant fratribus suis naturalibus? Quamvis hæc quæstio possit videri inepta, dum liberi adoptati, quamdiu sunt in familia adoptiva, patri naturali sunt extranei, non tantum jure civili, sed & honorario, ideoque præteriti, si adhuc in adoptiva familia sunt, quo tempore naturalis parens moritur, nec ad bonorum possessionem contra tabulas nec ad illam unde liberi à Prætore vocantur. §. *10. l. d. Hære l. quæ ab intest. §. 4. l. de exhæred. liber.* cum tamen in *l. 1 §. 14.* habeatur, quod is quoque, qui in adoptiva familia est conferre debeat, non quidem ille ipse, sed qui eum habet in potestate, si maluerit bonorum possessionem accipere

pere *l. 12. ff. de dot. coll.* Vid. Vinn. *c. 4 n. 12.* adoptivi enim cum jura suorum consequantur *l. 15. pr. l. 40. §. ult. ff. de adopt.* (non quidem sanguinis, quippe quæ jure civili nec dari nec adimi possunt, *l. iura sanguinis l. 8. ff. de R. I. l. 14. C. de probat. l. 22. C. de lib. causa* sed agnationis *l. 23. ff. de adopt.* Wesenb. *parat. n. 6. eod.* Saport. *c. 4. n. 61.* Brunner. *c. 3. n. 102.*) videntur collationi obnoxii esse; Sed nos hic distinguimus, ita quod adoptivi considerentur vel respectu patrum adoptivorum, & utique iis casibus quibus succedunt, conferre tenentur bona ante ab illo Patre accepta; vel considerantur respectu patris naturalis, & cum jure novo nihilominus huic succedant *l. pen. §. 1. 2. 6 ff. de adopt.* ad collationem quoque sunt obstricti, vel potius pater adoptivus loco eorum conferre cogitur arg. *l. 1. §. 14. ff. h. uti eleg. disting.* Nob. Struv. *in syntagm. Iuris exerc. 37. th. 23.* Et horum quæsita non patri adoptivo extraneo, sed naturali, quoad usumfructum tamen obveniunt, *l. 10. §. 1. C. de adopt.* cujusmodi quæsita velut adventitia hodiè non conferuntur *l. ult. C. h. t.* Saport. *c. 4. n. 63.* Quoties autem conferunt adoptivi non tam ipsi quam adoptantes, in quorum sunt potestate conferunt, *l. 1. §. 4. h. l. 5. ff. eod.* cujus ratio elegans habetur in *l. 4. ff. de conjung. cum emancip. lib. l. 6. ff. si tabb. test. null.* Brunner. *c. 3. n. 109.* Bocer. *h. t. n. 4.* V. Bach. *ad Tr. vol. 2. disp. p. m. 1088, 1089.* Arrogationis autem pristina jura cum Imperator non mutarit *l. pen. in fin. C. de adopt.* ut etiam hodie arrogati potestati patris arrogantis subjiciantur & Jura suorum hæredum consequantur *l. 2. §. 2. l. 15. pr. l. 40. pr. ff. de adopt.* ideo perindè ut liberi naturales & legitimi simul, quando de patris adoptivi agitur hæreditate collationem præstare debent *l. 17. C. h. t.* ad patris verò naturalis hæreditatem non adspirant §. 12. *I. de hæred. quæ. ab intest.* E. nec conferunt, quod tamen videri possit esse mutatum arg. *Nov.* 118. *c. 1.*

Hæc cum ita se habeant de emancipatis & aliis ex Prætoris edicto: D. Pius collationum Jura ad suos quoque extendit & filiam f. tam dotem profectitiam quam adventitiam conferri jussit *l.1.ff.de dot.collat. & t.t.* ubi filiaf. quæ neglecta bonorum possessione hæreditati paternæ se miscet dotem conferre tenetur Vinn. *c.* 12. *n.3.* Struv. *exerc.37. th.*26. Zoes. *h.n.*17. *& t.t.de dot.collat.* Wesenbec. *pr. n. h.t.* & quamvis liberis in patria potestate constitutis propria bona habere non licebat, quoad usumfr. & proprietatem, cum quicquid acquirebant suis parentibus acquisiverint, *pr. I. per quas pers. cuique acqui:* filiabus familias tamen ex singulari jure est concessum ut dotes in patrimonio haberent, dotem enim è bonis patris exire & proprium filiæfamilias patrimonium esse patet ex *l. 4. ff. h.t. l.* 1. §.*ult. ff. de dot. coll. l.* 3. §.*5.ff.de minor. l.* 14. *ff. ad L.Falc. l.ult. ff. de dot. coll. l.* 16. *ff. de relig. & sur. pr. fun.* Quod cum nonnihil inæqualitatis secum traheret, placuit posteà sola æquitatis contemplatione ut etiam filiaf. dotis collatione fungeretur, ideoque hic Divus Pius illationem dotis imposuit filiabusf. *l.* 1. *ff. de dot. coll. l* 3. 4. 8. 12. *C. h.t.* cum hæc omnia summa & naturali nitantur æquitate, inæqualitas enim est discordiæ seminarium per *l.* 11. *l.ult. C.fam. herc. eisc. auth. in successionem C. de suis & legit. hered. Nov. Leon.* 19. *V. C. Rainutius* 16. *X. de testam. ibiq.* Covarruv. §.1. *n.*6.7. Vinn. *c.*2. *n.5.* Exemplo etiam dotis à Leone producta postea est collatio ad donationes propter nuptias quæ Jure ff incognitæ §.3. *I. de donat.* Impp. constitutionibus introductæ *l.*29. *C. de inoff. test. l.* 7 *C.h.t.* Vinn. *comm. I. ad d.*§.3. *n.*1.*p m.*24. Cum prioribus temporibus donationes hæ quæ à sponso in sponsam conferebantur, vel contra à sponsa in sponsum *l.* 1 §.1. *ff. de donat. l.* 12. *l.* 16. *C.*

de

de don. ante nupt. habitæ fuerint, non tanquam nuptiarum causa sed perinde ac si purè factæ essent, ita ut nullo sc. casu ad donatorem reverterentur *l. 8. cum aliquot seqq. C. de don. propter nupt.* Progrediente tamen temporis spatio in casum nuptiarum sunt factæ *l. 15. C. d. t. Vid. latè* Vinn. *ad Inst. d. l.* Atque ita hodie ex constit. *l. 17. C. h. t.* generaliter constitutum est, ut quoties descendentes alicui ex ascendentibus succedunt, huic oneri collationis sese submitterent ob regulam naturalis æquitatis quam JCtus exprimit in *l. 14. ff. de condict. indeb. l. 6. in fin. ff. de Iur. dot. l. 8. §. 22. ff. de transact. l. 10. §. 3. ff. mand.* & quæ passim in Jure nostro fundatur ut non tantum filius aut filia defuncti sibi invicem sed etiam nepotibus ac neptibus secum eodem Jure avo succedentibus conferrent, & hi vicissim illis patruis & avunculis suis, haud secus ac juris fuisset, si Parentes eorum quos repræsentant, adhuc essent superstites *l. 19. C. h. t.* Tandem autē Imperator Justinianus omnib' modis concordiam & æqualitatem liberorū respiciens (nam ut est in proverbio τὸ ἴσον πόλεμον ὐ ποιεῖ) etiam ad successionē ex testamento Jura collationum produxit *Nov. 18. c. 6.* unde desumpta *auth. ex testamento C. h. t.* Vinn. *c. 2. in fin.* Et ita hodie, uti jam sæpius indicatum, ex Constit. *l. 17. C. h. t.* non solum emancipati suis, sed sui etiam emancipatis & sic præterea dotem donationemque propter nuptias conferre coguntur V. Bach. *ad Treutl. vol. 2. disp. 17. p. m. 1087. 1088.* Rittersh. *Expos. Novell. p. 7. c. 22. n. 6.* Ferrerius *d. tr. c. 3. 4. pr.* Struv. *exerc. 37. th. 23.* Brunner. *c. 3. n. 28. item c. 3. n. 114.* & eleganter D. Brunneman. *ad l. 9. C. h. t.*

XIX.

Quemadmodum verò ut inter descendentes locum habeat collatio, requiritur ut ex primo capite unde liberi bonorum possessionem petānt, ita quoque non minus ne-

cesse est ut in primo gradu constituti, aut istius loco sint, iisdemq; legitima debeatur: si enim non fuerint in primo gradu nec legitimæ petendæ facultatē habeant, collationi locum haud faciunt V. Dd. *ad l. 9. C. h. t.* Sichard. *ad rubr. C. h. t. n.* 12. Vital. Nemauf. *q.* 25. Greger. *46. syntagm. 8. n. 24. l. 20. in fin. C. h. t.* Brunner. *c. 3. n 157. & n.* 281.

XX.

Quær. etiam hic, utrum liberi patriæ potestatis nexibus exuti, ob dignitatem *l. ult. C. de decur. Nov. 38. & 70.* suorum & emancipatorum ad exemplum conferant? quod nonnulli affirmant, Bart. Baldus *ad pr. l.* 18. *C. h. t.* Brunneman. *ad d. l.* 18. *C. h. t.* Duaren. *c. 4. eod.* Fachin. *5. controv.* 78. cum liberos quoquo modo sui juris effectos ad similitudinem eorum qui emancipati sunt collationem facere velint jura in *d. l.* 18. *C. h. t.* Imo patriæ potestati exemti emancipatis sunt similes; ubi autem eadem est ratiò ibi quoque idem est Jus arg. *l. 32. ff. ad L. Aquil.* & passim Brunnerus tamen negat illos conferre eò quod dignitates patria potestate liberantes non eam tribuant liberis exemptionem qualem emancipatio, sed hi potius suorum collationi sunt obnoxii *Nov.* 81. *c.* 2. Vital. Nemauf. *q.* 27. *de collat.* Nec obst. *d. l.* 18. *C. h.* V. Brunner. *c. 3. n. 91. &c.* adde Gomez. *1. var. resol. 9. n. 7. 10* Saport. *c. 4. n.* 49. Porrò quæritur quid Juris de exhæredatis an & illi conferent? Resp. omninò eos conferre quando obtinuerunt in inofficiosi testamenti quærela, rescisso scil. in totum testamento *l. 17. C. h. t. l. 25. pr. ff. de inoffic. test. l. 6. de dot. collat. C. A. M. h. t. n. 4. in med.*

XXI.

Excludimus verò hic descendentes qui titulo singulari succedunt Bald. *ad l. 10. C h.* Sichard. *ad rubr. h. t. n.* 12. Gregor. *syntagm. 46. 8. n.* 24. Rittersh. *in expos. Nov. p 7. c.* 22.

t. 22. n. 6. Zoes. *h. t. n. 13. 15. & per textus in l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 4. l. 17. C. eod. l. 1. ff. de dot. coll.* legatarii enim & fideicommissarii particulares ut & cæteri successores singulares, si contenti vivant titulo singulari acceptis, bona sua non conferunt. *l. 8. l. ult. ff. de dot. coll. l. 10. l. 16. C de collat. l. 1. §. 7. ff. eod. l. 25. C. fam. hercisc.* Cujac. *com. C. h. t.* Joachim Scheplitz *in consuetud. Brandenb. p. 3. tit. 3. §. 13. n. 22.* ratio est in universali illa regula quæ habetur *l. 1. pr. §. 1. ff. h. t. d. l. 4. l. 17. C. h. t. l. 1. ff. de dot. coll.* Successio enim est vel universalis vel singularis *l. 1. §. 13. ff. quod leg.* Vultei. *in Jurisp. Rom. c. 72. n. 1. & c. 76. pr.* Singulari verò Jure venientes sunt liberi quibus vel ex titulo donationis legati &c. certa bona adveniunt, quibus si contenti parentis hæreditate abstineant veluti successores singulares conferre non tenentur *d. l. 25. C. fam. hercisc. l. 10. l. 16. C. h. t.* Duaren. *c. 1. C. h. t.* Gregor. *46. syntagm 8. n. 24.* Vultei. *d. c. 76. & c. 75. pr.* Brunn. *c. 3. n.* 310. 311. *&c.*

XXII.

Et huc usque de personis collationis oneri subjectis: quibus inspectis per se patebit quinam huic oneri sint exempti. Primò autem omnium non conferunt ASCENDENTES; & quidem de jure veteri res clara est; quippe quo jure nunquam duo ascendentes simul succedebant, nam filius quidem in potestate hæredem ab intestato habere non poterat, sed eo mortuo pater bona ejus jure peculii occupabat, etiam ipsa castrensia *l. 2. d. cast. pec.* §. 1. *l. pro quas pers.* quod tamen hodie mutatum *arg. Nov.* 118. *c.* 2. V. Harpr. *pr. l. quib. non est perm. fac. test. n.* 22. Emancipato vero liberis orbato, etsi pater & mater ab intestato succedebant non tamẽ simul, sed pater excludebat matrẽ *l. 2 §. 15. ad SCt. Tertull. l. 10. d. suis & leg. §. 3. l. ad SCt. Tertull. l 2. C. ad SCt. Tertyl.* Brunn. *c. 3. n. 132. &c.* Berlich. *p. 3. conclus. 23. n. 1.* Ratio

 est:

eſt; quia pater aliquid amplius habet, puta jus vetus ex manumiſſione, de quo in § *fin. I. d. leg. agn. ſucc.* V. Harp. §. *5. I. ad SCt. Tertull.* Schneidvv. *d.* §. *eod.* Bach. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 16. p. m.* 1032. Poſtquam vero liberis in poteſtate conſtitutis conceſſa fuit proprietas bonorum maternorum & materni generis, datus quoque fuit his hæres ab inteſtato; ſed fratres & ſorores parentibus ſunt prælati. *l. 4. C. d. bon. quæ lib. l. ult. C. comm. d. ſucceſſ.* Cum vero fratres, qui potiores in ſucceſſione erant parentibus nihil invicem conferrent, credibile quoque non eſt ad parentes onus illud pertinuiſſe contra *l. 10. d. R. I.* Vinn. *c. 5. n. 1.* Sunt tamen inter Dd. aliqui, dubium moventes, cum jam collationem ex ſola æquitatis ratione æſtimemus, maxime jure noviſſ. quo ſtatim poſt liberos defuncti parentes admittuntur, & ita ut plures aſcendentes ſuccedere queant, *Nov. 118. c. 2* Non inconcinnè quibuſdam viſum fuit affirmare Aſcendentes ad inſtar deſcendentium eſſe collationi obnoxios, idq; defendit Arètin. *in l. 17. C. h.* Jaſon. *l. 9. C. h.* Brunn. etiam *c. 3. n. 147. &c.* hanc ſententiam defendit, quam tamen iterum rejicit *n. 170.* Vide quoque ex parte diſſentientem Bachov. *ad Treutl. vol. 2. p. m. 1081.* qui tn. comm. tandem ſententiæ inhæreri vult. Verum cum in hac materia regulam habeamus, ex *l. 20. C. h. t.* quod collatio nunquam habeat locum, niſi hoc aliqua expreſſa lege definitum ſit, uti docet Sichard. *ad Rubric. C. h. t. in fin.* merito & nos, cum nulla de collatione à parentibus facienda lege civili Romana cautũ ſit, ſed tantum de æqualitate inter liberos ſervanda etiã noviſſima ſanctione *Nov. 18 c. 5. 6.* ſtatuatur, intra ſepta nos continebimus *arg. l. 8. ff. d. Public. in rem act.* quippe cum etiã alias multa alia de liberis conſtituta ſint, quæ ad parentes produci non debent V. Jaſon. *in auth. Noviſſim. C. d. inoff. teſt. n. 30.* Sichard. *ad Rubric. hic n.* 11. Quorum quoque magnam partem collegit

Jaſon.

Jaſon. *in l. ult. C. unde lib.* Brunn. *c. 3. n.* 144. Nemauſ. *c.* 2. *n.* 19. *q.* 20. Saport. *n.64.* Conſtat E. nec novo jure eos conferre, arg. *l.* 17. *l.* 20. *C. h. t.* Brunn. *c. 3. n.* 129. 137. *& paſſim.* Struv. *Exerc.* 37. *th.* 25. Vinn. *tr. d. coll. c. 5 n.* 2. Juris itaque ratione hic reclamante, noſtrum non eſt ſine lege loqui, ut hic cum Imp. Juſtiniano loquamur in *Nov.* 18. *c. 5.* Duaren. *c.4.* Id quod etiã de æquitate Prætoris eſt aſſeverandum, cum ipſi ſoli detrahere vel addere juris rigori vel æquitati, non nobis conveniat. *l.* 1. *l. 9. d. Prat. Stipul.* Hæc itaque Prætoris ſumma æquitas cum in aſcendentibus haud ita periclitetur, omnino ex comm. Dd. ſententia firmiter concludimus, ne tum quidem collationis onus Aſcendentes ſubire, ita ut ſi quis eorum quid de liberorum bonis præceperit, eo tamen præcipuo retento ad ſucceſſionẽ veniat. V. Dd. *ad l. 9. C. h. t.* Brunn. *Bach. d. l. p. 1081. paulum diſſentientẽ* Vinn. *d. tr. c. 5.* Nob. Hahn. Præceptorem meũ plurimum colendum in *Olſ. ad VVeſenb. h. t. n. 4.* Hunn. *ad Treutl. h. t. q. 3. C. A. M. th. 3. in fin.* Accedit quoq; & illud, quod commiſeratione potius quã Jure naturæ parentibus liberorũ hæreditas debeatur *l. 15. d. inoff. teſt.* liberi autem ſibiipſis ſuccedere dicantur, in *l. 7. in fin. ff. ſi tab. teſtam. l. 7. d. bon. damnat.* uti iterum ex Nob. Dn. Præſide Patrono meo magno privatim diſſerente didici. Statuto tamen quandoque cautum legimus, quod aſcendentes oneri collationis ſubjiciantur, uti tradit Weſ. *h. t. n. 4.* Vid. Schureri *JCti tract. d. Hæred. qu. ab inteſt. tit. 16. p. m. 309.* Schneidevv. *eod. tit. I. d. Hæred. quæ ab inteſt. de ſucceſſ. vir. & uxor.* Coler. *deciſ. 62. n. 2.* Imo in Marchia conſuetudinis eſſe, ut parentes conferant bona allodialia teſtatur Ioach. Scheplitz *in conſuet. Brand. p. 3. tit. 3. §. 13. n. 6.*

XXIII.

Collaterales quoque & extranei oneri collationis ſunt exem-

exempti, prout communis est Dd. sententia Riminaldus *ad l. 9. C. h. n. 174.* Sichard. *ad rub. n. 9. h. t.* Vital. *c. 1. n. 1.* Saport. *c. 4. n. 66.* Wesenb *π. ff. n. 4. h. t.* Gregor. *synt. l. 46. 8. n. 74. Coll. A. M. h. t. n. 3.* Struv. *Exerc. 37. thes. 25.* Ratio generalis est, cum in genere cesset omnis collatio quoties lex non jubet conferre *l. 20. C. h. l. 19. C. h. t. l. ult. C. eodem. l. 1. §. 5. ff. h. t. Nov. 18. c. 5.* Arismin. Tepati. *variar. sentent. compend. tit. 642. c. 5.* Iason. *in l. 9. C. h. t. n. 27.* Vinn. *c. 5. n. 3.* Bocerus *cl. 3. disp. 13. th. 1.* Duaren. *c. 4. h. t. Tr. h. t. q. 17. th. 2. lit. C.* Est enim collationis materia exorbitans à Iuris communis regulis, ut ne quidem ex identitate rationis producenda sit ad consequentias arg. *l. 14 ff. de legib.* Suthold. *diss. 1. th. 13.* Cum neque ascendentes neque collaterales tangat primæva collationis origo & æquitas, de qua ICtus *pr. ff. h. t. & arg. l. 1. pr. ff. de legat. præst. ind. contra tabb.* quâ motus prætor hoc jus æquitatis introduxit Riminald. *in d. l. 9. n. 177.* Brunn. *de coll. bon. c. 3. n. 129.* Quod deinde jus postea à ICtis & Impp. latius productum, uti patet ex *l. 10. ff. h. l. 1. d. dot. coll. l. 17. C. h. l. 19. l. 20. C. h. t. l. ult. C. eod. l. 6. C. d. bon. quæ lib. Nov. 18. c. 6. auth. Ex testamento. C. h. t.* Occasione Extraneorum quæritur à Dd. si liberi cum extraneis conjunctim succedant, an collationi sit locus? Et Resp. quod liberi quidem inter sese, non autem illis extranei nec hi illis conferre teneantur. *l. ult. C. comm. utriusq. iud.* Sichard. *n. 10. ad Rubric. C. h.* Vital. *c. 1. n. 18.* Brunn. *c. 3. n. 224.* Struv. *Exerc. 37. th. 25.* Hunn. *ad resol. Trentl. vol. post. disp. 17. q. 11. & seqq.* Est enim utrorumque conditio & natura in jure separata, nec interventu extranei qualitas liberorum alteratur, arg. *l. 21. §. 1. C. d. testam. d. l. ult. C. comm. utriusq. iud.* Ritt. *ad Nov. p. 7. c. 22. n. 7.* Sich. *ad auth. ex testam. C. h. t. n. 15.* Moribus tamen Saxonicis mater, licet persona extranea sit, marito succedens cum propriis liberis dotem illis & propria

bona

bona conferre cogitur Wesenb. *in. ff. h. t. n. 4. si verò ex authent. praeterea C. unde vir. & ux.* succederet, non conferret Vid. Rittersh. *ad Nov. p. 7. c. 17. n. 8.* Objicit hic Brunn. *c. 3. n. 227.* si extranei non conferunt, erunt melioris conditionis prae liberis, quae mens tamen testatoris non praesumitur, *arg. l. 6. C. de serv. & aq. l. 30. C. de fideic.* Resp. pater, etiam si extraneos cum liberis instituat, potest enim hoc de jure facere, Vid. Suth. *diss. 8. th. 13.* cum testatoris sit liberrima voluntas, *arg. l. 1. C. de sacros. Eccles.* tum bona sua relinquere potest cui velit dummodo legitima unicuique liberorum sit salva, Suth. *diss. 9. th. 30.* non potest non cogitasse censeri liberis nihil ab extraneis conferri, ut qui diversum à dispositione LL. non praesumatur voluisse *l. 57. §. 1. ff. ad SCtum Trebell.* Jul. Clar. *ad §. testam. q. 76. reg. 6.* nisi quid contra statuerit ultima voluntate *l. ult. vers. fin. C. com. utriq. iud. arg. l. 21. C. mand. l. 2. si à Parente quis manum:* sin verò ita non disposuerit, voluntas ejus ad regulas juris venit aestimanda arg. *l. 20. in fin. C. h. t.* Objiciunt porrò Dd. emancipatos tamen conferre cum sint extranei *l. un. §. 13. C. de rei ux. act.* Resp. Emancipatam quoad suitatem extraneum censeri, minimè vero quoad filiationem, & jura sanguinis. Vid. Castrens. *ad l. 9 C. h. t. n. 2.*

XXIV.

Elegans occasione extraneorum hic agitari solēt quaestio, numne filia dotata patris intestati successione masculis extantibus, exclusa cum filiis instituta, dotem conferre teneatur? Multi negant; Vid. Graff. *2. recept. sent. art. de coll. bon. q. 6. n. 4. C. A. M. n. 3. in fin.* Brunn. *c. 3. h. n. 302.* Vinn. *c. 8. in fin. ubi plures Dd.* cum veniat instar extraneae *arg. l. ult. C. com. utr. iud. l. 8. l. 6. C. de inoff. test.* cū neq; filiae hujusmodi vel ab intestato successio vel legitima, quae tertia pars est ejus, quod ab intestato debetur, *d. text.*

ipsi competat, adeoque ad instar extraneæ redacta sit. Vid. Brunn. *d. l.* Nos tamen exercitii gr. hic cum Tr. *disp. 17. th. 2. lit. D. h. t. q. 6.* contrariam sententiam amplectimur Vid. Curt. Jun. & Sapiam *in l. 9. C. h. t. n. 63.* Vid. Marc. Anton. *de Amat. in repet. l. si emancip. C. h. t. n. 175.* Brunn. *c. 3. n. 306.* Ratio hæc est, quod statuto isto, ut filiæ extantibus masculis non succedant ab intestato, citra justas causas legitima non auferatur, nec auferri possit ullo statuto Vid. Dd. sententias ap. Rittersh. *ad Novell. p. 6. c. 4. n. 16.* Suthold. *diss. 9. th. 40.* Mynsf. *cent. 5. obs. 43.* Gail. *1 obs. 122.* Wurmbs. *lib. 1. tit. 30. obs. 10.* Salicet. *in auth. Novissima C. d. inoffic. testam.* Alciat. *in l. 24. d. V. S. n. 26. 27. &c.* Et hæc de personis.

XXV.

Jam ad quartum nostrarum thesium membrum progrediemur inquirendo, quænam potissimum res collationi sint obnoxiæ: Sciendum autem primo, quod bona liberorum sint in quadruplici differentia, & alia dicantur castrensia, alia quasi castrensia, alia adventitia, alia demum profectitia, *l. ult. C. de inoff. testam. l. 6. C. de bon. quæ lib. ibique Gloss. pr. I. quib. non est permiss. fac. test. §. 1. I. per quas person. cuiq. acquir. ibique Dd.* Oldend. *class. 4. act. 7.* Suth. *diss. 6. th. 54.* Castrensia sunt ea bona, quæ ex causa armatæ militiæ filiusfam. vel ipsemet acquirit, vel eidem alii largiuntur *l. 11. d. cast. pec. l. 1. C. eod.* Greg. Tholos. *19 Syntag. 15. n. 1. & lib. 29. c. 14. n. 4.* Quasi castrensia sunt, quæ togatæ militiæ occasione filiofam. obveniunt, sive ab aliis dentur, sive ab ipso acquirantur, *l. ult. C. d. inoff. test. l. 4. C. d. adv. div. jud. l. un. C. d. castrens. omn. palat. pecul.* Et in utraque specie cum filiusf. habeatur pro patrefamilias *l. 2. ad SCt. Maced. l. ult. C. d. inoff. test. l. 9. ff. d. his qui sui vel al. jur.* cũ bona hæc κτήσει καὶ χρήσει filiifam. quoque propria sint. *l. 3. C. d. castrens. pec.* hinc etiam quovis modo juxta *l. 21.*

C. Man-

C. Mandati. de iis disponere potest, jure tamen non improbante *pr. I. quib. non est permiss.* §. *ult. I. d. Milit. testam.* Vinn. *add.* §. *ult. l. 1.* §. *6. ad SCt. Trebell. d. l. 4. C. d. adv. div. ind. l. ult. C de inoff testam. l. un. C. d. castrens. omn. palat. perul. lib. XII.* Petr. Gregor. *d. c. 15. n. 5.* Adventitia bona dicuntur, quæ liberis vel prosperæ fortunæ afflatu delata à cognatis vel extraneis data, & sic aliunde, quam à parente advenerunt: §. *1. I. per quas person. cuiq. acq.* ibiq; Harp. *l. 6. C. d. bon. qu. lib.* Profectitia sunt bona, liberis vel ab ipso patre vel patris contemplatione & intuitu ab aliis data. *d.* §. *1. I. per quas pers. l. 5. d. l. dotium.* Ea vero hic accipimus, quæ vel à patre, ejusque intuitu ab aliis, vel denique ab ascendente materni generis ad liberos pervenerunt *l. 17. C. h.* Suthold. *diss. 6. th. 55.* Nob. Hahn. *in obs. h. t. n. 5.* Brunn. *c. 4. n. 627.* cúm autem in eos, qui sunt sui juris hæc distinctio & nomen peculii haud cadat *l. ult. C. d. inoff. test. l. 182. ff. d. V. S.* Attamen in argumento de collatione bonorum, cum quærimus, quænam bona sint conferenda? licebit hac distinctione uti, & abuti nomine peculii in emancipatis, aut alias sui juris factis *l. 1.* §. *15. ff. h. t.* ut etiam quicquid provenit ex bonis ejus parentis de cujus successione agitur, etiamsi mater aut avia sit, pro profectitio, quoad effectum conferendi habendum *l. 17. C. h.* Vinn. *c. 11. n. 7.* Dn. Hahn. *d. n. 5.* Brunn. *c. 4. n. 13.* cum alias in materia dotiũ hæc dos dicatur adventitia *l. un.* §. *13. C. d. R. V. A. l. 5. pr. d. I. dot. l. 6. C. eod.* hic vero venit nomine profectitiæ, cum dos instar profectitiorum semper quoque conferenda, uti me iterum docuit Magnif. Dn. Præses Hospes ac Præceptor meus venerandus *in præl. suis ad tit. de coll. dot.*

XXVI.

Hinc ergo talem formamus regulam, cujus generis

bona filius, qui in potestate mansit, patri acquirit, ejusdem generis bona emancipatus fratribus confert; contra, cujus generis bona filius, qui est in potestate, patri non acquirit, sed sibi præcipua habet, ejusdem generis bona emancipatus fratribus haud debet conferre. *l. 52. §. 8. pro socio.* Donell. *opusc. posth. ad tit. C. de collat. ad l. 6.* Vinn. *c. 10. n. 8.* Duaren. *comm. ff. h. t. c. 2.* Conferuntur ergo regulariter illa bona, quæ ab ascendente, vel per eum, seu intuitu ejus cui succeditur, vivo illo in liberos profecta. *l. 1. §. 18. h. l. 12. l. 13. l. 15. C. h. l. 19. C. eod.* Struv. *Exerc. 37. th. 26.* Hinc sequitur, hodie sola bona profectitia conferri, *l. ult. C. h. t.* Profectitiorum vero nomine quæ veniant, dictum supra, & constat ex *l. 17. C. h. t.* & omne id dicitur, quod provenit ex bonis ejus, de cujus hæreditate agitur. Vinn. *c. 2. n. 9. in fin.* Brunn. *c. 4. n. 13.* conferenda autē illa sunt bona profectitia, quæ quis tempore mortis defuncti patris habuit. *l. 6. C. h. t. l. 14. 15. C. eod. l. 1 §. 17. 19. l. 2. pr. ff. eod.* Excluduntur itaque hic quæ filius ante patris mortem habere desiit, *l. 1. §. 9. dot. coll.* vid. tamen *l. 2. §. 2. ff. h. t. l. 1. §. 23. eod.*

XXVII.

Neque tamen omnia hæc in collationem veniunt, quamvis testamento aut codicillis non sit remissa collatio, cœterum pleraque. Jam autem bona profectitia vel simpliciter tantum liberis traduntur, ideo ut ipsi administrent, vel illorū dominiū in liberos transfertur, v. Bachov. *ad Trent l. vol. 2. disp. 13. th. 1. lit. A.* Quæ autem liberis ita conceduntur, ut ipsis tantum administratio competat, ea tanquam in peculiū assignata non conferuntur, *l. 12. C. h. t.* Ratio est in *l. 6. C. eod.* Vid. Nob. Hahn. *in obs. ff. h. t. n. 1.* quæ tamen etsi patris dominium nunquam egressa, adeoque nec in collationem sed divisionem venire dici possint, *d. l. 12. 17. C. h. t.*

h. t. cum collatio non sit nisi rerum propriarum, *l. 3. §. 10 & seq. ff. h. t.* tamen cum res tales filius penes se habere possit, & administratio quoad pater vixerit, ad ipsum spectet; evenit, ut Imperatores consideratione habita ad detentionem liberorum, peculia post mortem patris revocari debere rescripserint. *l. 13. C. fam. hercisc.* vid. quoque *l. ult. C. h. t.* Vinn. *c. 3. n. 2.* quæ vero filio à patre sunt donata, ea sunt vel ex mera liberalitate, vel ob aliquam causam data de quibus in sequentibus. Vid. Brunn. *c. 4. n. 643.*

XXIIX.

Inquiremus primum in jus dotis conferendæ: quæ non est aliud, quam jus in re certa ante vel post nuptias marito constitutum, ad sustinenda matrimonii onera; *l. 7. pr. l. 76. d. iure dot. l. 29. l. ult. C. eod.* cum autem dos bonis paternis abesse *l. 1. §. ult. d. dot. collat.* in hæreditate patris non inveniri *l. 14. pr. ad L. Falcid.* & proprium ipsius filiæ patrimonium esse dicatur *l. 3. §. 5. d. Minn. l. 16. d. relig. & sumpt. fun. l. 35. in fin. ff. fam. hercisc.* in ea causa est, ut omnino conferri debeat. *t. t. ff. d. coll. dot. l. 4. l. 17. l. 20. C. h. t.* Wesenb. *parat. §. 1. ff. d. dot. coll.* non autem requiritur, ut semper realiter conferatur sed interdum minus accipiendo. *l. 5. C. h. t. Nov. 97 c. 6.* Vid. Bach. *ad Treutl. p. m.* 1098. ne molestetur maritus, si ad realem teneretur dotis exhibitionem; quod forsitan jurgium aliquod inter conjuges generaret, contra *l. 5. C. d. instit. & substit.* nemo autem adeo vesanæ mentis erit, qui dotem præcipuam liberis concedat, & nihilominus ex communi hæreditate ipsis partem suam tribuat; quis enim in necessitatibus, quæ patrem pro modo facultatum filiæ dotem dare cogunt: *l. 19. d. Rit. nupt. l. 69. §. 4. ff. d. I. dotium. l. ult. C. d. dot. promiss.* Wesenb. *parat. ff. d. dot. coll. pr.* liberalem quem existere & donare voluisse existimet? *l. 18. d. adim. leg.* Wesenb. *d. l. n. 1.*

Sichard. *in auth. ex testam. C. h. t. n.* 11. conferunt ergo dotem filiæ, cæteræque descendentes non modo profectitiam *l.* 17. 19. *C. h. t.* sed & adventitiam, hanc tamen demum, si agatur de successione matris, alteriusve ex linea materna cognati, à quo dos profecta. *l.* 17. *C. d. collat. l.* 19. *l. pen. C. eod.* Cujac. *3. obs. 30.* hujusmodi enim dos quoad effectum conferendi habetur pro profectitia, *l. ult. in fin. C. comm. utriusq; ind.* Wesenb. *parat. d. dot. coll.* & egregie hac de collatione quatuor quæstiones examinat Bachov. *ad Tr. vol. 2. p. m.* 1099. *& seqq.* Struv. *exerc. 37. th. 26. in fin. & th. 38. 39. & c.* quoniam autem hodie liberos sine distinctione dotem tantum profectitiam, id est, ut nunc interpretabimur, eam, quæ profecta est ab eo parente, de cujus hæreditate agitur, conferre, constet; supervacua nunc est disputatio Dd. in *l. 4. C. h. t.* quærentium: an & quam dotem filiæfam. conferant suis, an & quam emancipatis, an & quam emancipatæ suis? & denique an & quam emancipatæ emancipatis? sed hanc litem nunc non movebimus.

XXIX.

Q. potius cum Dd. quo modo filia, si adhuc maritus vixerit, & constet matrimonium, dotem conferat? Ratio dubitandi prima in eo est, quia dotis dominium penes maritum constante matrimonio sit, non penes filiamf. *l.* 13. §. *2. d. fundo dot. l. 7. §. 3 ff. d. jur. dot. l. 23 C. d. jur. dot.* (Causa enim dotis habilis est ad dominium transferendum non secus ac venditio, permutatio, legatum *l. 47. §. ult d. pecul.* §. 41. *d. Rer. divis. in fin.* Suthold. *diss. 6. th. 47.*) isque jus possidendi fruendi, & vindicandi habeat, *l. 7. pr. d. J. dot. l. 9. C. d. R. V. l. 30. C. d. J. dot.* adeòq; iniquū videtur dotis collationem eam subire quam ipsa non habet; (regulariter enim nonnisi soluto matrimonio dotis fit domina, ipsiq; rerū dotaliū vindicatio conceditur *d. l. 30. C. d. J. dot. l. 2. ff. & l. 7 C. sol. mat.*

sol. mat. l. 25. §. ult. sol. matrim. idem Suthold. *d. l.* atque ita absolute sive naturaliter, u t dicitur in *l. 30. C. de Iur. dot.* hoc est sine qualitate ista civili (conf. *l. 4. vers. naturaliter ff. de religios.*) considerata, dicitur permanere in dominio uxoris *l. 75. de Iure dot. l. 7. de pact. dot. l. 3. §. 5. d. Min. l. 71. de evict.* Vid. Struv. *Exerc. 30. th. 13.* nemo autem plus juris ad alium transferre potest quam ipse habet. *l. 54. de R. I. l. 20. de A R. D.* Secunda ratio dubitandi est, quod filia constante matrimonio non possit dotem à marito petere, quæ Juri Communi demum soluto matrimonio exigi potest *l. 2. sol. matrim. l. 5. C. h. t.* Nihilominus tamen dotem non exactam à marito conferre debet, juxta *d. l. 5. C. h. t.* Etsi enim constante matrimonio dos penes maritum sit, & ita ut quoque de jure civili dominus dotis habeatur, natura tamen uti diximus in bonis mulieris manet, Vid. auth. *quod locum C. h. t.* Peretz. *ad Cod. h. t. n. 15. p. m. 385. in fin.* Vinn. *c. XII. n. 11.* Potuit autem mulier dotem exigere, si vel fuit sui juris, vel pater in id consensit Vid. *Nov. 67. c. 6.* Struv. *Exerc. 37. th. 40 C. A. M. tit. de collat dot. n. 6.* Brunn. *c. 4. n. 715.* Ergo erit conferenda, quia periculosum est dotem apud eum relinquere, qui se suaque negligit, si id mulier animadverterit. Idem Peretz. *ad tit. de Iur. dotium n. 3. p. m. 314.* Gail. *2. obs. 83.* Quanquam vero hæc ita de jure sese habeant, ut dotes à filiabus cæterisque descendentibus conferantur; reperiuntur tamen casus aliquot in jure, ubi collatio dotis cessat, quos egregie enumerat. Brunn. *de coll. bon. c. 4. n. 773. & seqq.* Struv. *Exerc. 37. th. 41.* Vinn. *c. 16. n. 14.* Ampliss. Hahn. *in ol. C. ad VVes. de coll. bon. n. 5. & ad tit. de coll. dot. n. 1. Coll. A. Mei. h. t. de dot. coll. n. 3. p. m. 883.*

XXX.

De Nepotibus sub quibus, etiã neptes comprehendimus, arg. *l. 1. d. V. S. ibiq. Gothofr.* idem jus esto; si enim illi avo

succe-

succedunt, patruis suis & avunculis conferre, ut patrem & matrem repræsentantes; debent, *l. 19. C. h. t.* cum enim ex persona matris lucrum, hæreditatem scilicet avi capere velint, parentum quoque facta præstare debent. *l. 149. ff. de R. I. l. 10. eod. l. ult.* § 3. *C. de furt.* Verum varie hic distinguunt Dd. quas distinctiones videre licet ap. Struv. *Exerc.* 37. *th. 24. &* 39. Vital. Nemaus. *q. 23. n.* 13. Vinn. *c.* 12. *n. 1.* Vid. Brunn. *cap. 4. n. 782.* præsertim *n. 789.* ubi aliquot interpretes recenset qui controversiam hanc in tres casus distinguunt, quæ omnia brevitatis studio nunc omittimus.

XXXI.

Quoties vero dos in collationem venit, fructus & usuræ in ea diversam causam obtinent, illæ enim non conferuntur, *l. 5. §. un. de dot. coll. arg.* à contrario sensu quod in jure est firmissimum arg. *l. 1. pr. de off. eius cui mand. iurisd.* nisi alii rotundiores & magis expressi reperiantur textus: Jam vero in nostro jure civili omnes textus, dotis collationem præcipientes, nuspiam usurarum mentionem faciunt. *l.* 3. *4. 8. 17. C. h. t.* Ratio hæc est, quod uxor fructus non percipiat, sed spectent ad maritum ob onera matrimonii. *l. 7. de I. dot. l.* 20. *C. de I. dot.* Gregor. *40. syntagm. 8. n.* 21. Maritus autem cum extraneus sit ad hæreditatem soceri, & fructus ipsius dotis res alienæ sint, non iniqua juris ratione collatio eorundem cessabit. Quis enim dubitat? extraneum nihil conferre, *t. t. ff. & C. de collation.* quis rem alienam collationi neutiquam subjectam esse ignorat? *l. 1. pr. vers. sua bona. l. 2. pr. ff. h. t. l. 6. C. h. t.* Filia interim ex hac ratione liberatur ab eorum collatione, quod penes ipsam non sint, jã vero quod quis tempore mortis defuncti in bonis nõ habet, conferre haud tenetur. *d. l. 6. C. h. t.* vid. Michael. Grassi *Recept. sentent. de success. tam*

ex testament. quam ab intestat. vol. 2. art. collat. q. 12. n. 8. Brunner. *c. 4. n. 702.* si tamen mora à filia fuerit facta in collatione dotis, ex tempore moræ usuras præstabit; *l. 5. §. un. de dot. collat.* mora enim cuique nocet sua *c. 25. X. de R. I. in 6.* De usuris & fructibus ergo hac in materia regula est facienda, quod usuræ dotis non conferantur, nisi in casu *l. 5. §. 1. ff. h. t.* ut me docuit Ampliss. Dn. Præses Patronus ac Præceptor meus ætatem devenerandus *in lection. priv. ad tit. de dot. collat.* imo impensæ quoque necessariæ in dotem factæ deducuntur, *l. 1. §. 5. de dotis collat.* cujus ratio elegans habetur in *l. 5. d. Impens. in res dot. fact. l. 1. §. 2. ff. eod. l. un. §. sed nec ob. C. de R. V. A. l. 6. §. 3. ff. de I. dotium,* & tum iis deductis quod superest omnino confertur. *dd. t. t.*

XXXII.

Dotis vero collationis cum fit mentio, ejus appellatione veniunt tam res in dotem datæ principales, quàm accessoriæ, *l. 8. C. de I. dot. l. 26. §. 2. de pact. dotal.* Berlich. *p. 1. conclu. 65. n. 28.* quas sub generali voce Außstewer contineri, notat Brunner. *c. 4. n. 675. l. 17. C. h. t. 42. d. R. I. in 6.* Cum autem parentes more recepto, quando filias elocant in matrimonium, doti soleant res alias superaddere, quas Dd. quoq; alii *Additamenta dotis*, alii *Iocalia* vocant, Gail. *2. obs. 91. n. 2.* de his oritur quæstio, an & ipsa conferantur? Distinguunt Dd. hic inter res necessarias, quibus sine sponsa honestè vivere haud potuisset, & non necessarias, quæque tantum cultui exquisitiori inservierunt. Prioris generis additamenta cum nomine alimentorum veniant *l. 43. 44. ff. d. V. S. l. 6. de alim. leg.* non conferuntur. cum in jure nostro necare non tantùm is videatur, qui partum præfocat, *l. pen. C. de sicar.* sed & is, qui abjicit, & qui alimonia denegat, uti loquitur JCtus Paulus *in l. 4. d. agnosc. & alend. lib. arg. c. 21. dist. 86.* & partium paternarum

E est

est filiam pro conditione status sui elocare, *arg. l. pen. pr. d. alim. leg.* Posterioris vero generis addita mēta, ut vestes pretiosæ, uno nomine der Weiberschmuck (quorū numero quæ cōtineantur habet JCtus in *l. 25. § 10. de auro & arg. leg.* Gail. *2. obs. 91. n. 4.*) omnino sunt conferenda. arg. *l. 25. ff. de pecul.* quia sunt dotis accessoria, & cū nō tam de bonis paternis erogata, quàm de quota filiæ, quam aliquando habitura esset, prænumerata censeantur, idem illis, quod ipsi doti jus dicendum est, *l. 46. §. 2. de pact. dot. l. 6. C. de I. dot.* vid. hic Brunner. *c. 4. n. 685.* add. Bartol. *ad l. 1 §. 3. h.* Bocer. *p. 1. class. 3. disp. 13. n. 25.* Porro, etiā vestimenta & ornamenta pretiosa exstantia, veluti torques, perlæ & hujusmodi tradita à Socero nurui, imputabuntur in partem filii, sicq; venient in collationem, quia sunt soceri, ut in *l. 53. in fin. d. don. inr. V. & V.* Vestes vero quotidianæ, uti jam dictū, nō sunt conferendæ, sed erunt mulieris propriæ, quia ab initio tenuit donatio inter socerum & nurum, *l. 5. pr. ff. de don. inr. V. & V.* quæ distinctio probatur. *d. l. 25. d. pecul.* vid. hic late Joh. Gutierrez *pract. quæst. lib. 2. q. 20.* Est tamen hæc dijudicatio in totum committenda prudenti alicujus judicis arbitrio. Vid Schneidvv. *ad §. 20. n. 47. Inst. d. action.* De sumptibus vero in convivium nuptiale factis res est clarà; cum enim hi non amplius extent, meritò quoque non conferuntur arg. *l. 2 §. 2. ff. h. t.* deinde, uti dictum, cum patris sit honeste locare filiam. *l. 19. ff. d. R. N. d. l. pen. de alim. leg.* vid. Suthold. *diss. 2. th. 67.* talis vero elocatio sine convivio fieri haud possit, merito in collationem non veniunt, nisi nimiū quantum aliorum cohæredum factos à patre sumptus egrediantur, ita ut alter hæredum altero locupletiori modo esset elocatus, vid. Bach. *ad Treutl. h. t. th. 5. lit. I. p. m. 1129.* qui ita distinguit: An expensæ in elocationem filiæ factæ consumptæ sint, & perierint, veluti

in conviviis, an vero adhuc exstent, veluti in monilibus, annulis, torquibus &c. filiæ datis; & has demum expensas non autem illas conferendas censet, eamque etiam sententiam receptam esse Facultati Juridicæ nostræ Juliæ testatur Nobiliss. Hahn. *in obs. ad VVes. tit. de collat. dot. n. 3.* addens: quod si patre vita functo, altera soror nuptias celebratura, sumptus ex massa hæreditatis sibi numerari petat, non sit audienda. arg. *l. 3. §. ult. de mun. & hon.* Nemaus. *de collat. quæst.* 22 Struv. *Exerc. 37. th.* 42. Vinn. *c. 13. n. 1.* Schneidvv. *ad* § 20. *I. n. 46. de action.*

XXXIII.

Succedit jam donatio propter nuptias, quæ juri Pandectarum & veteribus JCtis plane incognita fuit, constitutionibus tamen Impp. postea instituta & formata est. § *3. I. de donation. t. t. C. de don. antenupt.* & ab initio dicta fuit antenuptias, propterea, quod post nuptias talis donatio fieri prohibebatur *l. 3. de don. inr. V. & V.* alias in jure Canon. vocatur dotalitium. *c. plerumque X. de don. inr. V. & V. c. ex parte. X. de foro compet. it. Antipherna,* i e. dotis compensatio. *l. ult. pr. C. de donat. antenupt.* Germ Gegenvermachnus. Hartm. Pistor. *1. quæst. iuris 45.* & est jus in re certa uxori à marito constitutum, ut de dote illata secura sit. *l. 19. l. ult. pr. C. de donat. antenupt.* quæ etiam in omnibus pari cum dote juri subjecta est. *l. ult. C. de dot. promiss. l.* 29. *C. de inoffic. test. l. ult. in pr. C. de donat. antenupt.* Vult. *1. Iurispr. Rom.* 20. *n. 37.* Ad hanc non sine ratione jus antiquum collationum dotis ampliatum est: sicut enim dos filiæ è patrimonio patris exire dicitur *l. 1. §. fin. de dot. coll. l. fin. ff. eod. l. 14. pr. ff. ad L. Falc.* ita quoq; donatio propter nuptias, & sicut si nihil pactũ, dos soluto matrimonio redit ad mulierẽ vel patrem dotem dantem *l. 4. C. sol. mat. l. 2. ff. eod. l. 25. §. ult. ff. solut. matrim.* vid. Suth. *diss. 6. th. 47.* Struv. *Exerc.*

30, th. 13. ita quoque donatio propter nuptias redit ad maritum. *c. ult. X. de don. int. V. & V.* vid. Vinn. *ad Instit. p. m.* 246. *in fin.* Hanc vero donationē propter nuptias, uti Imp. eam vult nominari §. *3. I. de don. l. fin. C. d. don. antenupt:* maritus dote data receptaq; redhostimēti loco, & quo magis dos uxoris in tuto sit, constituere compellitur, auth. *dos data C. de don. antenu.* & jura nostra hanc donationē cū dote pari passu ambulare sinunt. *l. 20. C. h. t. l. 5. pr. l. 7. ff. h. t. l. 29. C. verb. pro filie, C. de inoffic. test. l. 17. verb. tam dos. l. 19. vers. dotem. C. h. t.* Etiamsi quantitatis ejusdem cum dote non sit: nam etsi LL. eam doti æqualem & parē esse velint, *l. 9. auth. æqualitas. C. de pact. conv.* tamen ab ista æqualitate usu est recessum. Gail. 2. *obs. 78. n. 2.* Ergo quoq; conferri omnino hanc etiā LL. volunt. *l. 18. 19. C h. t. l. .. C. de inoff. testam.* vid. Duaren. *Comm. ff. h. t. c. 2* Nec nobis quicquam officit, quod hæc æqualitas dotis & donationis propter nuptias non attendatur, & ita pacta disparia fiant. Vid. Clarum §. *donat. q. 11. n. 1.* Peretz. *comm. de don. antenupt. n. 6. 7. p. m.* 299. Ampl. Hahn. *in obs. ad VVes. parat. de iure dot. n. 11. p. m.* 241. & ita quoq; me docuit *in præl. publ. ad LL. Codicis. sub tit. de don. antenupt.* Vinn. *ad Inst. §. 3. l. de don. p. m* 247. Struv. *Exerc. 37. th. 39.* Vinn. *tr. de collat. c. XII. n. 1. 2.* Bach. *ad Treutl. vol. 2. h. t. p. 1098.* Brunn. *c. 4. n. 815.*

XXXIV.

Proxima nunc juri dotis, similisve dati abs filia, neptevé conferendi vel non conferendi σκέψις est de cæteris donationum nuptialium speciebus; quarum prima succedit donatio sponsalitia: quæ est donatio sponsi in sponsam, vel econtra, facta contemplatione futuri matrimonii. *l. 5. 9. 10. 12. 15. 15. C. de donat. ant enupt.* qua donatione olim res statim fiebat accipientis, nec ullo jure ad donatorem revertebatur. *l. 1. §. 1. de donation.* nisi aliter conventum esset

Constan-

Constantinus tamen Imp. semper huic donationi conditionem futurarum nuptiarum inesse voluit, adeoque non secutis nuptiis repetitioni locum dedit. *l. 15. C. de don. ante nuptial.* Ratio est in regula juris *l. 19. de R. C.* non enim credendum sponsum vel sponsam (ab his enim quandoque illa largitas proficisci solet. *l. 16. C. d. t.*) frustra donaturos fuisse, nisi certa indissolubilis vinculi spe illam profudissent, cujus jam, si ex parte & culpa dantis nuptiæ non sequantur, collatio nulla est, quia datum accipienti & extra noxam existenti remanet. *l. 15. C. de don. ante nupt.* Si vero sponsa in culpa sit, quo minus data matrimonii fides servetur, competit sponso condictio causa data, causa non secuta *d. l. 15.* quod si utriusque consensu matrimonium rescindatur, omne quod datum, restituitur. arg. *l. 14. C. de transact.* Peretz. *h. t. C. de don. ante nupt. n. 11. p. m.* 299. & utroque casu nulla est collatio, quia utroque casu quæ à patre data sunt; per condictionem vel utilem in rem actionem ad substantiam patris revocantur, *d. l. 15. l. 8. de cond. caus. data*, plura hac de largitate legi possunt apud Brunn. *c. 4. n. 808. & seqq.*

XXXV.

Jam ad donationem remuneratoriam: fieri enim illā posse inter patrem & filium probatur ex LL. *arg. l. 77. §. 25. ver. ut quuq; ff. de leg 2. arg. l. 13. pr. C. de legit. Hæred. l. 3. circ. pr.* ibi contēplatione *C. de Sec. nupt. Nov. 2. in præf.* v. Harp. *ad §. 2. I. de don. n. 43.* quæ comm. Dd. opinione collationi est exempta. Gail. 2. *obs. 38. n. 5.* Compensatio enim magis est meritorum ac beneficiorum, quæ in patrem exstiterunt, quā donatio. *arg. l. 12. ff. Mand* præsertim quoq; cum filius hanc non qua talis, sed ut extraneus consequatur. *l. 10. C. h. t.* vid. Sichard. *ad auth. ex testam. C. h. t. n. 15.* cū etiā pater, velut extraneus, qui benemeritis istis affectus facile fe-

ciſſe credatur, & deniq; inter coniuges quoq; licitã eſſe manifeſtum reddat. arg. *l. 7. §. 2. ff. de don. iur. V. & V. l. 9. ff. ſi quid inſr. patron. fact.* quibus alioquin donatione in conjuges, non minus, quam parentibus in liberos interdictũ. *t.t. & ff. & C. de don. iur. V. & V.* Requiritur vero, ut merita ſint inſigniora ac digna facta donatione arg. *l. 5. §. 10. c. 8. l. 11. de reb. corũ qui ſub tut. t. 12. verſ. iuxta. d. teſtam. l. 16. de manum. vind. l.* 10. *de ann. leg.* non obſequialia, hæc n. nullã remunerationẽ merentur; cum ad eã parentibus præſtanda liberi naturaliter obligentur, *l. 2. de I. & I. arg. l. 23. C. de Pact. l. 1. & 9. de obſeq. par. & patron. præſt. l. ult. ff. de cond. ob turp. cauſam 2.* ut merita liquido probentur, Gail. *2. obſ. 38. n. 5.* & hic ſemper judicis arbitrio rem committendam cenſemus. Vid. late Brunn. *c. 4. n. 831.* ubi quoque de liberatoria tractat, *n. 834.* vid. Dd. plures apud Vinn. *tr. de coll. bon. c. 13. n. 12.* Vid. Harprecht. *ad §. 2. I. de don. n. 44.* & varias objectiones hinc inde à Philoſoph. & Dd. afferri ſolitas *d. l. n. 44. 45.* Ampliſſ. Hahn. *ad w. VVeſenb. de donat. n 4. p. m. 609.*

XXXVI.

Pergimus ad donationem ſimplicem: cum verò ex jure noſtro conſtet, nullam eſſe donationem inter patrem & filium *l. 25. C. de don. iur. vir. & uxor. l. 1. C. de donat. l. 1. §. 1. ff. pro don.* cujus ratio prima elegans eſt *in l. 50 § 1. ff. de fideiuſſ. l. ult. C. de inſtit. & ſubſtit.* Vid. Suthold. *diſſ. 6. th. 40.* & eleganter Nob. Struv. *ſyntagm. I. Civ. exerc. 3. th. 40.* altera ratio eſt, quod quicquid filius acquirit, acquirat ſuo Parenti, *l. 1. ff. ſi quis à Parente fuerit manumiſſ. l. 79. ff. de acq. l. amitt. hæred.* Vide Dd. apud Harpr. *§ 2. ff. de donat. n. 36.* qua ratione putaret quis patrem ludere filiũ. *l. 14. pr. ff. ad L. Falcid.* qui donat id quod retinere non poſſe, certũ eſt *d. l. 79.* Certis tamen caſibus leges donationi à patre filio factæ vim ſuam addiderunt ut ſubſiſtat, (1) ſi filio emancipato donaverit

verit; tunc enim ab initio valida est donatio, perinde ac si extraneo facta esset. Vid. *l. 2. C. de inoffic. donat. l. 17. C. de donat. l. fin. in fin. C. de emancip. liber.* 2 si morte fuerit confirmata, ita ut pater eam non revocaverit *d. l. 25. C. de don. inter vir. & ux. arg. Nov.* 162. *c.* 1. Harpr. §. *2. I. de don. n. 45.* modò tamen ista donatio liberis reliquis non auferat legitimam *d. l. 2. C.* Suthold. *diss.* 19. *th. 30.* (3) Si pater Juramento illam corroboraverit, ex Jure Canon. *p. c. 28. X. de Iureiur. C. quamvis de pact. in 6.* quod tamen de jure civili non attenditur *l. 5. §. 1. C. de legib.* Vid. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. p. m.* 1083. Frantzk *comm. ad ff. de Iureiur. n. 39. p. m. 343.* (4) Si mater donaverit *l. 1. l. 7. C. de inoffic. donat.* Schneidvv. *comm. I. de donat.* §. 2. *n. 66.* (5) Si pater remiserit filio usumfr. bonorum adventitiorum *l. 6. §. 2. vers. fin. C. de bon. quæ lib.* Peretz. *ad C. p. m. 190.* Harp. §. *2. I. de don. n. 49* Brunn. *c. 4. d. 1. n. 836.* Vinn. *d. tr. c. 15.*

XXXVII.

Hisce positis quæritur, an donatio simplex à Parentibus liberis facta, post mortem parentum sit conferenda? Et (1) negamus, cum sit Juris aperti bona acquisita per liberos post mortem patris non conferri *l. 10. l. 13. in pr. l. 15. C. de collat.* In proposita autem quæstione liberi censentur consequi bona post mortem patris, quoniam donatio collata in liberos in sacris paternis constitutos, initio non valet, uti dictum, sed demum morte patris confirmetur, *d. l. 25. C. de don. inter vir. & ux.* Facit huc textus insignis in *l. 20. in fin. C. de collat.* ergo cū in præsenti nihil hac de re testator caverit, ea tanquam omissa, in considerationem trahi, vel etiam donatario injungi haud debet, ut in simili arguit Imperator in *l. un. §. 11. C. de caduc. toll.* Vid. Fachin. *5. controv. Iur. civil. c. 80. & plures Dd.* apud Harp. *ad d. §. 2. I. de donat. n. 54.* nisi sub exceptione duorum casuum (1) quando pater le-

gem

gem hanc dixerit donationi in filium factæ, vel (2) si cæteri donationes nuptiales conferant, *l. 17. C. h. t. l. 20. eod.* quæ sententia usu quoque recepta prævaluisse prædicatur à Wesenbec. *h. 4. ff. de dot. coll.* ibique Nob. Hahn. *n. 2.* Peretz. *tit. de coll. n. 16.* Brunner. *c. 4. n. 830.* Canis. *ad cap. 1. X. d. success. ab intest. n. 18. & 19.*

XXXIIX.

Unum restat adhuc in quæstione hac de simplicis donationis collatione, quod iis quoque, qui suos duntaxat à collatione simplicis donationis immunes esse statuunt, obstare putatur; *l. 13. C. h. t.* quod rescriptum cum repugnare videatur rescripto eorundem Imperatorum in *l. 18. C. fam. hercisc.* variè has leges conciliare student Dd. Cujac. *lib. 3. obs. 30.* distinguit inter causam testati & intestati, hanc vero Cujacii conciliationem impugnat Brunn. *c. 4. n. 851.* Verum cum & nusquam in legibus nostris requiratur expressa confirmatio donationis simplicis in ultimo patris judicio, sed silentium & mors patris sufficiant ad eam corroborandam, *d. l. 25. C. de don. inter vir. & uxor. l. 18. C. fam. hercisc.* Vid. Bachov. *ad Treutl. p. m.* IIII. Vinn. *c. 15. n. 13.* etiam in hâc Brunn. conciliatione acquiescere nos non possumus. Vide hic variè conciliantes Duaren. *comm. ff. h. t. c. 2.* quem etiam sequitur Bachov. *ad Treutl. h. t. th. 5. lit. G.* Peretz. *com. C. h. t. n. 16. p. m. 386.* Vinn. *c. 15. n. 8.* mihi tamen nunc retinere libet responsionem & distinctionem illam, quam ex Magnif. Dn. Præsidis studiorum meorum magni Patroni *prælectionibus privatis ad par ratit. VVesenb. tit. fam. hercisc. & de coll. dot. percepi.* ubi distinguendum esse didici, inter rei simplicem donationem, & concessionem in peculium; de priori casu loquitur *l. 18.* & non confertur, de posteriori vero casu *l. 13.* & confertur. Videri tamen alicui posset obstare *d. l. 13.*

l. 13. in qua lege vox donare ponitur. Verum donare interdum idem significat, quod in peculium concedere, *l. 31. §. 2. de donation. l. 37. §. 2. l. 49. d. A. R. D.* Itaque paucis hanc hic tenebimus regulam, quod donatio simplex atque absoluta, à quocunque parente facta sit cuicunque è liberis, à nemine liberorum, nemini è liberis conferenda sit, exceptis duobus casibus, qui exstant in sæpe all. *l. 20. §. 1. C. h. t.* vid. Wesenb. *tit. de dot. coll. n. 2.* Meier. *in Coll. Argor. lib. 37. tit. 6. n. 8.* Bocer. *p. 1. class. 3. disp. 13. n. 27* vid. etiã Bronchorst. Εναντιοφανων. *cent. 3. Ass. 68. p. m.* 138. qui aliam quoque gravem antinomiam hac in materia solvit, quæ inter *l. 17. in fin. C. de collat. l. pen. C. eod.* esse putatur.

XXXIX.

Superiori quæstioni adjicimus aliam: an scil. ea quæ pater largitus est filio, ut is publicis officiis admoveretur, sint conferanda? Reip. enim administratio cum honore est conjuncta, *l. 14. pr. de Mun. & honor.* & qui gerit magistratum honores gerere dicitur §. 7. *I. d. I. N. G. & C.* Etsi vero ad publicas functiones non pretio sed probatæ vitæ testimonio accedendum, *l. ult. C. ad L. Iul repetund. Nov. 8. Can. 26. c. 1. q. 7.* vitio tamen seculi sæpius contrarium observatur, atq; adeo neganda videbatur proposita quæstio. Nos vero cũ Brunnero distinguimus, An officiũ filio emptum sit ita filii personæ annexũ, ut ab ea divelli, ac in alium transferri nequeat; *l ult. C. d. Pign.* an vero sit ita separabile, ut ad aliam transmitti possit. Priori casu non conferuntur expensæ à patre factæ; has enim propter onera dignitatis filiũ præcipuas habere oportet, *l. 1. §. 16. ff. h. t.* facit huc quoque *l. 20. §. 6. ff. fam. hercisc. l. 3. §. ult. de Mun. & honor.* Ratio est, quia hæ virtutis intuitu æstimationem non recipientis, expensæ ab eo factæ reputantur, arg. *l. 94. §. ult. de leg.* 1. imò cum nec vendi, nec transmitti possint, in collationem quoque

F non

non venient, *l. 20. §. 2. C. de inoff. test. l. 20. C. h. t.* posteriori vero casu, quando officium vel alienari, vel in alium quovis titulo transferri pretio interveniente, vel non, vel ad hæredes transmitti potest, (alterutrum tamen sufficit *l. 30. §. 2. C. de inoff. test.* Brunn. *c. 4. n. 523.*) tunc omnino ejus æstimatio in commune est conferenda. *l. 30. C. de inoffic. test. l. pen. pr. C. h. t.* vid. Covarruv. *variar. resol. lib. 3. c. 19. n. 5.* Johan. Gutierrez *pract. quæst. lib. 2. q. 14. n. 4.* quia tunc pecunia in bonis filii reperitur, pretiũ n. quod ex officii vẽditione acquirit filius, obtinet vicẽ pecuniæ à patre datæ, cum naturam ejus sapiat, in cujus locum est surrogatũ *arg. l. 10 §. 2. si quis caut. iud. l. 32. l. 60. de iud. l. 36. §. 1. de don. iur. V. & V.* Exempla horum officiorum nobis offerunt militiæ Palatinæ, quarum sæpius fit mentio in nostro Jure. *l. ult. C. de prox. sacr. scrin.* domesticorum Principis *l. ult. C. de domestic. l. 6. C. de adv. div. iud.* Hæ militiæ omnes imo plures quas refert Brunner. *c. 4. n. 512.* in commercio erant hominum, emi, vendi, legari & nonnullæ ad hæredes transmitti poterant. *l. 52. § 2. de act. empt. L. ult. C. de pign. l. 30. §. 2. C. de inoff. test. l. 3. § 7. ff. de Min. l. 22. pr. de leg. 2. l. 49. §. 1. eod. Nov. 53. c. 5. l. 11. §. 16. de leg. 3.* Hujusmodi autem militiarum ea erat natura ac conditio, ut liberis, qui parentum nummis eas adepti erant, in legitimam imputarentur. *d. l. 30 § 2. C de inoff. test.* & in collationem venirent. *d. l. 30. l. 20. pr. C. h. t.* vid. hic Brunn. *c. 4. n. 526. & c. n. 532. & passim. & Dd. ap. Vinn. c. 13. in fin. dict. tract.*

XL.

Hisce militiis Palatinis cũ sint quodammodo similia hodierno tempore beneficia & Præbendæ Clericorũ in terris Protestantium, igitur hoc loco sumptus à patre in canonicatum

eroga-

erogatos collationis oneri haud eximimus. Neque quicquam in contrarium faciunt argumenta, quæ late recenset Brunner. *c. 4. n. 264. & seqq.* cum ipse *n.* 302. facilè in æquiorem sententiam nobiscum descendat, & late ea refutet usque ad *n.* 434. Concludimus ergò ex fundamentis juris, quod præbenda seu beneficium clericale, filio à patre redemptum, ut maxime dicitur, jus percipiendi certos ab Ecclesia reditus ob sacrum ministerium; *c. 1. dist. 21.* non pertineat ad bona castrensia, & quasi castrensia, aut adventitia bona, sed sit species bonorum profectitiorum, quæ regulariter conferri debere leges præcipiunt. *auth. ex testam. C. l. 12. C. h. t.* Affirmativæ autem hujus nostræ sententiæ hæc solent adduci argumenta: *primum* fundamentum desumi potest ex *l.* 30. §. *2. C. de inoff. testam. l.* 20. *pr. C. h.* vid. Struv. *Exerc.* 37. *thes.* 30. & patet hoc etiam ex aliquo præjudicio Facultatis Juridicæ, illustris nostræ Juliæ, attestante Nobiliss Hahn. *in observ. ad VVesenbec. tit. de collat. dot. in fin.* Cum itaque sic cum profectitiis hæc beneficia sint comparanda, merito cum illis quoque eodem jure utuntur. *l. 10. cum trib. seqq. ff. de LL.* Suthold. *diss. 1. aphor.* 12. vid. Brunn. *c. 4. n. 484*: alterũ fundamentum desumitur ex ratione conservandæ æqualitatis, cum à Dd. hæc tradatur regula, toties collationi, quæ alias cessaret locum esse, quoties citra collationem nimia oriretur inæqualitas *arg. l. pen. in fin. C. h. t.* vid. Dd. ap. Vinn. *tr. de collat. c.* 13. *n. 5. & 6.* præterea quoq; æqualitatis inter liberos servandæ gratia etiã ea conferenda LL. nostræ præscripsere, quæ alioqui collationis oneri exempta forent. *l. 17. l.* 20. *C. h. t. l. ult. C. comm. utriusq. Iud.* vid. Brunn. *c. 4. n.* 462. Inæqualitas enim est discordiæ seminarium *per textum in l. 11. & ult. C. Fam. hercisc. auth. in success. C. de*

 sui

suis & legit. Hæred. Nov. Leonis XIX. Suthold. *diss. 9. th. 31.* Hæc tamen omnia de protestantium Clericis intelligi volumus: cum enim Pontificiorum beneficiis Ecclesiasticis etiamnum annexa sint munera sacerdotalia & mere spiritualia, non competit ipsis licentia cum iis mercatum agere. *c. 1. q. 1. per tot. d. Simonia. Act. 8. v. 20.*

XLI.

Dilabimur nunc ad collationem actionum, quas cum in bonis habere dicamur, *l. 49. ff. d. V. S.* ibique Gœdd. *n. 25. it. l. 15. de R. I.* cogimur quoque easdem conferre *l. 2. §. 4. ff. h. t.* Duaren. *cap. 20. C. h. t. l. 1. §. 21. ff. h. t.* ubi arrogatus, si ei jam nata sit petitio quartæ debitæ ex bonis patris arrogatoris *l. 8. §. 15. ff. de inoff. test.* jubetur conferre eam; ita quoque actionem furti sibi competentem filius conferre tenetur, *l. 2. §. 2. & 4. ff. h. t.* Concludimus ergo hic cum Brunner. *c. 4. n. 939.* quod omnes actiones, quæ rem familiarem, hoc est in patrimonio & commercio existentem, persequuntur, & simul ad hæredes transeunt, conferantur; ast quæ ad vindictam comparatæ sunt, quantumvis ad hæredes transeunt, non conferantur *l. 2. §. 4. ff. h. t.* vid. Brunner. *d. l.*

XLII.

Plurimæ aliæ circa bona profectitia hic à Dd. examinantur quæstiones, quas omnes hic compilare mihi brevitatis studioso jam non vacat. Vid. Dd. Vinn. *c. 14.* Ferrer. *c. 16.* Bachov. *ad Tr. h. t. th. 6. lit. A. p. m. 1123.* Bartol. *in l. 1. §. 15. ff. h. t. n. 5.* Vital. Nemaus. *q. 27.* Brunner. *c. 4. n. 879.* unicam tamen hanc adhuc addam, nempe an ea, quæ filiusfam ex bonis profectitiis sua industria acquisivit & lucratus est, collationi sint obnoxia? Resp. autẽ quod omninò sint conferenda, dummodo honestè ea filiusf. sit lucratus, & non

levia

levia sint acquisita, quod tamen omne judicis arbitrio committendum ex sententia Dd. putamus, quæ enim filiusfam. turpiter & malis artibus lucratus est, veluti anatocismo, contra *l.* 28. *C. de usur. l.* 20. *C. ex quibus caus. infam. erogatur.* (quod lucrũ jure Canonico gravissimè damnatur, adeò, ut id etiã reliquas usuras simplices non admittat *c.* 2. *de usur. in 6.*) item aleæ lusu *l.* 1. §. 4. *l.* 4. *in fin. ff. l. ult. C. de aleat.* nam hæc omnia ea, nec patri, nec ipsi filio acquiruntur, & per consequens nec in collationem veniunt *l.* 4. §. 1. *ff. fam. herc.* sed restituenda sunt iis, quibus subtracta *l.* 26. *pr. ff. de condict. indeb. l.* 1. *C. de aleat.* vel demum à fisco vindicantur *l.* 9. *ff de iure fisci.* Sanz. Morcheq. *lib.* 4. *de divis. bon. c.* 13. *n.* 26 Vid. tamen Struv. aliter distinguentem cum Dd. *exerc.* 37. *thes.* 32.

XLIII.

Quid autẽ juris erit circa adventitia, iã inquiremus. Et vero hodie oneri collationis non sunt subjecta; nam postquam constitutionibus Impp. recentiorũ, & maximè Justiniani effectũ est, ut nec adventitiũ peculium acquiratur patri, quod ad proprietatem attinet, rectè visum est Imp. ut bona adventitia collationi eximerentur, *l. ult. C. h. t. l.* 6. *C. de bon. quæ lib.* Struv. *Exerc.* 37. *th.* 31. vid. Dd ap Brunn. *cap. IV. n.* 572, 568. Dubitari vero hic possit, annon emancipati, cum pleno jure adventitia acquirant, sui vero horum usumfructum patri committere cogantur §. 1. *I. per quas person. cuiq.* eo nomine filiis in potestate constitutis aliquid conferre teneantur? quod affirmari videtur in *l.* 52. § 8. *pro socio.* vid. Bachov. *ad Treutl. p. m.* 1121. Occasione hujus quæritur, Annon emancipati saltem fructus adventitiorum conferre teneantur? Aff. Dd. quia adventitiorum fructus omnes jure profectitiorum censendi, quæ ad patrem pertinent; accedit insuper ratio æqualitatis fundata in naturali re-

 gula

gula Juris *l. 14. de cond. indeb. l. 11. C. fam. hercisc.* si vero sine dolo malo consumpti fuerint, cessabit collatio. *l. 1. §. 23. l. 2. §. 2. ff. h. t.* vid. late Dd. ap. Vinn. *cap. XI. n. 3. 4. c. 10. n. 5.* etiam Bachov. *ad Treutler. vol. 2. pag. m.* 1122. Brunner. *c. 4. n. 575.* Sichard. *ad Rubric. C. h. t. n. 13. & 14.* Bocer. *class. 3. disp. 13. th.* 23.

XLIV.

Cum autem Castrensium eadem pene quæ adventitiorum sit ratio, pergamus jam ad bona castrensia, quorum fit mentio in *l. ult. C. h. t. l. 1. §. 15. ff. h. t. l. 4. d. cast. pec.* & jam olim hæc fratribus suis non conferebantur, *d. l. 1. §. 15. ff. l. 12. C. eod.* cum ea sibi filiifam. præcipua habent, & in illis non ut filiifam. sed ut patresfam. considerentur, uti supra jam dictum ex *l. 2. ad SCt. Maced. l. 9. de his qui sui vel alien. iur.* Frantzk. *comm. ad ff. de pecul. n. 4. 5.* Nam patri hæc nunquam quærebantur, *§. 1. I. per quas person. cuiq. acquir.* imo quoque si quæ res mobiles, à parentibus filio in militiam eunti donatæ sint, puta equi, arma &c. non conferuntur, quia cedunt castrensi peculio *l. 4. C. fam. hercisc. l. 1. C. de cast. pec.* Vinn. *de coll. bon. c. 10. n. 9.* Struv. *Exerc. 37. thes.* 28. Sichard. *ad Rubric. n. 13. C. h. t.* Wesenbec. *parat. ff. h. t. n. 3.* Rutger. Ruland. *lib. 5. c. 14. de interrogat. n. 16.* Curt. Jun. *n. 50. ad l. Si emancipati C. h. t.* it Brunman. *ibid.* Zoes. *h. t. n. 18. ad ff.* & passim omnes Dd. unanimiter hoc approbant. Quæritur vero an Emancipati hæc bona conferant? Neg. hoc ex *l. 52. §. [illegible] pro socio.* Duar. *c. 2. C. h. t.* nec etiã à suis conferuntur, cum sibi ipsis hæc propria bona acquisierunt: æquius enim est, ut liberis in militiã euntibus ob bellica pericula, quibus pro Reip. salute sese exponunt, jure singulari velut præmia laborũ hæc bona concedantur. arg. *l. 2. C. de Mag. mil.* Saport. *c. ult. n. 84.* Sunt autem horum numero equi, & arma filiofam. militantu

tanti data, *l. 3. 4. d. cast. pec. lib. XII.* quorum etiam appellatione veniunt scuta, gladii, thoraces, loricæ, humeralia, vid. *l. 14. §. 1. ff. de Re milit. l. 3. pr. ff. de vi & vi arm. l. 41. d. V. S.* Greg. *36. Syntagm.* 26. *n.* 2. *v. l. 3. §. ult. d. Mun. & honor.* Ratio generalis est, quod LL. cuiq; præcipuum manere volunt, quod non expresse conferri præceperint. Brunn. *c. 4. n. 37.* nec etiam hic metus discordiæ oriri potest cuipiam, nisi nimis inquieto & distorto, qui LL. parere nolit. Brunner. *c. 4. n. 17.*

XLV.

Ad peculium castrense referunt quidam Dd. donationes à Principe vel Augusta factas, quas donationes pleno jure donatariorũ fieri voluit Imp. in *l. 7. C. de bon. qua lib.* eleg. Sichard. *ad auth. ex testam. C. h. t. n 17.* tales ergo donationes non conferuntur. Porro referunt huc Dd. etiã feuda, ut Vult. *de feud. lib. 1. c. 4.* Rittershus. *in part. feud. suis p. m.* 92. Brunner. *c. 4 n.* 44. 45. *&c.* Guid. Papæ *decis.* 56. *&* 297 cum occasione militiæ à Principibus concedantur, ut paratum semper militem habeant. 2. *F. 52. c. 1. pr.* unde quidam feuda quoque appellarunt στρατιωτικὰ κτήματα. tum quia filius militaria servitia præstare tenetur, ut proinde quoque sit æquum, ad eundem etiam præmia & honores pertinere, non vero ad patrem. *arg. l. 10. ff. d. R. I. l. ult. §. 3. C. de furt.* idem Rittersh. *d. l.* Jam de quæstione hac, an feudum sit conferendũ? videamus: Dd. distinguunt, an feudũ antiquũ sit, vel etiam post mortem patris quæsitum, an vero sit novum, quod scil. pater filio emit, & is in patris vita illud habere incepit; posterius feudũ volunt conferendum, prius vero non est conferendum: id enim plane non confertur, quod quis post parentis obitum acquisivit. *l. 2. §. 2. ff. h. t.* Wurmser. *obs. pract. lib. 1. tit. 51. obs. 9.* Schrad. *de feud. p. 7. cap. 5. n.* 42. & eleg. Rittershus. *in part. suis feud.*

p. m.

p.m. 203. Illud autem feudum demum à filio est conferendum, quod in legitimam imputatur *l.pen.* ibique Dd. præsertim Brunman. *C. de collat.*

XLVI.

Quod ad bona quasi castrensia pertinet, ea, quandoquidē in eadem cum Castrensibus sunt causa, nunc paucis definimus, quod eodem quoque jure fruantur. *arg.* 32. *ad L. Aquil.* Zanger. *de quæst. p. m.* 776. adeoque non conferantur. *l. 1. §. 15. ff. h. t. l. 4. C. de advoc. div. iud. l. un. C. de castr. omn. palat. l. ult. C. de inoff. testam. §. ult. I. de mil. test. l. 14. C. de adv. div. iud.* Gregor. 46. *Syntag. 8. n. 6.* Vinn. *c. 10. n. 10.* Struv. *Exerc. 37. thes. 29.* Brunner. *c. 4. n. 53.* Wesenbec. *h. t. ff. n. 5.* Zoes. *ad ff. h. t. n. 18.* qualia describuntur in *l. 4. vers. quicquid C. de adv. div. iud.* Saport. *c. 8. n. 85. l. 7. C. de assess. domest. & cancell. l. un. vers. aut labore C. de cast. omn. palat. lib. XII.* De hisce (1) nobis sese offert, nobilis illa quæstio, sæpissime agitata: an sumptus studiorum sint conferendi? dicimus autem, regulariter non venire illos sumptus in collationem, Bachov. *ad Treutl. p. m.* 1117. Kremberg. *tr. de sumpt. studiorum. q.* 1. *memb.* 4. *limit. 2 n. 26.* Bartol. *ad l.* 1. §. 15. *ff. h. t. n. 8.* Schneidvv. *ad §. 20. n.* 42. *I. de action.* & plures Dd. allegat. Brunner. *c. 4. n. 58.* Struv. *Exerc. 37. th. 29.* Wesenb. *parat. ff. d. dot. coll. n. 3.* Suthold. *diss. XI. in corall. VII & IIX.* vid. late Harprecht. §. *2. I. de donat. à n. 55. &c.* latè Bocer. *class. 3. disput. 13. n. 28.* (1) quia Ulpianus JCtus nobilis, uti vocatur in *l. 2. §. ult. ff. de excus. tut.* it. sapientissimus in *Nov. 97. c. 6. §. 1. in l. 50. ff. fam. hercisc.* clare hanc quæstionem decidit; qui textus etsi solum loquatur de emancipato, nullū tamen dubium est, quin itidem in suo locum inveniat, cum fortius in suo videatur militare pietatis ratio, quam in emancipato. vid. eleg. rationes ap. Harpr. *ad §. 2. I. de donat.*

nat. n. 61. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. p. m. 1119.* Est ergo hic ex identitate rationis idem jus statuendum, arg. *l. 32. ad L. Aquil. 2. F. 54. c. 1. l. ult. C. de const. pec.* (2) quod teneatur jure naturæ parens liberos alere, *l. 5. §. 1. de agnosc. & al. lib. l. 5. §. 12. ff. eod. l. 4. ff. ubi pupill. educ. l. ult. vers. cæterum. C. de alim. pup. præst. l. 15. C. de Neg. gest. c. 8. §. necesse. dist. 47.* Brunn. *c. 4. n. 63. l. 8. §. 5. C. de bon. quæ lib.* Cothman. *consil. 23. n.* 128. jam vero ad alimenta quoque spectant merces & institutio Præceptorum, vid. Hahn. *ad tit. de dot. collat. n. 3.* Vinn. *c. 13. n. 2.* Brunner. *n. 162. & seqq. l. ult. C. de alim. pup. præst.* Struv. *exerc. 30. thes. 77.* imo ad educationem & subministrationem sumptuum studiorum causa à filio cogi potest pater *d. l. 5. §. 12. de agn. vel alend. lib.* Nec obstat nobis *l. 6. de alim. leg.* ubi alimentorum tantum nomine veniunt vestitus & habitatio, de quo in discursu videbimus & potest hic videri Harpr. *ad § 2. l. de donat. n. 99.* Brunn. *c. 4. n. 66.* Joh. Bapt. Pontan. *tr. de alim. c. 7. n. 4.* facit huc pro nostra quoque sententia *l. 6. §. 5. ff. de Carbon. edict. l. 12. § 3. de adm. & peric. tut.* ubi à tutore requiritur ut pro facultate merces præceptoribus tribuat: quis autē hic erit tam obtusæ mentis, qui non multo magis parenti hoc incumbere statuat? *per l. 5. C. ad SCt. Maced.* vid. Brunn. *c. 4. n. 169. l. 7. §. 13. ff. eod.* facit huc quoque jus divinum uti Ecclesiast. *c. 7. v. 25.* item Proverb. *c. 23. v. 13.* & *29. v. 17.* (3) Non ignoti quoque juris est, etiam plura favore studiorum esse constituta; *per l. 27. ff. si cert. pet. l. 78. pr. de leg. 3. l. 20. §. 6. ff. de instrum. leg.* nec quoque refert à quo sint erogati, sive à patre sive à matre Brunn. *c. 4. n. 233.* arg. *l. 11. C. de Neg. gest. l. 5. §. 3 & 4. de agn. vel alend. lib.* Struv. *exerc. 37. thes. 29.* Nob. Hahn. *ad tit. de dot. coll. n. 3.* Bach. *ad Treutl. vol. 2. p. m. 1117.* & eleg. Brunn. *c. 4. n. 227.* cum nec minus ea, quæ filio in castra eunti mater donavit, fiant

 castren-

castrensis peculii, quam quæ à patre data sunt. *l. 3. §. 4. de don. int. V. & V.* Carpzov, *p. 3. const. 11. def. 17. n. 3.* Christoph. Philip. Richter, *Expos. auth. Habita. C. Ne filius pro patre p. 3. memb. 2 priv. 6.* Ergo à simili in impensis studiorum procedet argumentũ, *arg. l. 5. C. ad SCt. Maced.* cum ea, quæ & militibus armatis sunt concessa, per bonam consequentiam quoque trahi possint ad milites togatos *l. 34. & auth. Presbyter. C. de Episc. & Cler. l. 4. 14. C. de adv. div. Iud.* Cum vero filiusfam. ea omnia sibi præcipua retineat, quæ pater & mater ipsi ad exercitũ proficiscenti donarunt. *l. 3. C. de cast. pec. l. 4 pr. ff. eod. l. 12. C. de collation.* consequenter etiam filius sumptus studiorum lucrabitur: denique sumptus hos in dubio præsumitur, patrem filio gratis misisse, quæ præsumptio est juris, uti patet ex *l. 50. fam. hercisc.* Juris autem præsumptio ab onere probandi relevat eum, pro quo præsumitur & rejicit onus in adversarium. arg. *l. 16. C. de probat.* vid Wesenb. *de probat. n. 14. p. m. 702.* tamdiu igitur filius à collatione immunis erit, donec reliqui cohæredes parentem credendi animo misisse probarint. Præterea quia sumptus hi quoq; sunt bona fide consumpti, nec amplius exstant apud filium. *l. 2. § 2. l. 1. §. 23. h. t.* Duaren, *ad ff. h. t. c. 2.* Zoes. *eod. n. 33.* Schneidvv. *ad §. 20. I. de action. n. 42.* merito quoque non conferuntur. Quamvis vero non pauci à Dd. recenseantur casus, quibus hi sumptus quoque in collationem veniunt, eos tamen nunc omnes pro instituti mei ratione hic non licet attingere. Videatur interim Brunn. *c. 4. n. 70. 75. 92.* Struv. *Exerc. 37. th. 27.* Bocer. *class. 2. disp. 22. n. 3.* Nob. Hahn. *tit. fam. hercisc. & ad tit. de dot. coll. n. 3.* Atq; hic imprimis considerandam esse qualitatem personarum, utrum scil. pater fuerit dives, vel pauper, Nobilis, an rusticus &c. certum est. Gravett *consil.* 219. *in fin.* Quod vero inter alios & hunc casum addunt, si pater in libros rationum illos sumptus retulerit, vix id videtur

detur verisimile, vid. Struv. *Exerc.* 37. *th.* 29. it. Amplissi. Hahn. *ad tit. de dot. coll. n.* 3. uti quoq; idem *in lect. publ. ad LL. Codicis me docuit.* vid. Vinn. *de coll. c.* 13. *n.* 2. *& seqq.* Brunn. *c.* 4. *n.* 162. cum boni profecto sit patrisfamilias datorum, & acceptorum rationes accurate conscribere, uti eleg. quoque explicat Brunn. *c.* 4. *n.* 86. Zoes. *ad ff. h. t. n.* 33. *&c.* nam licet ista diligens consignatio patris, aliqualem præsumptionem faciendæ collationis inducat, nisi tamen aliunde de voluntate defuncti constet, istiusmodi præsumptio favore studiorum, pietate paterna, aliisque fortioribus conjecturis eliditur, arg. *d. l.* 50. *ff. fam. hercisc.* Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 18. *n.* 16. 17. Sigism. Finckelthaus. *obs. pract.* 11. *per tot.* vid tamen hic Carpzov. *part.* 3. *Jurisp. forens. Rom. Sax. const.* 11. *def.* 20.

XLVII.

Quæritur hic, quod si ambo parentes mortui, anne filiofam. sumptus ad studia & dignitates ex communi hæreditate sint porrigendi? Negant Dd. hanc quæstionem comm. Schneidvv. *ad* §. 20. *n.* 54. *I. de act.* hæredes enim ad ea cogi non possunt. *l.* 5 §. 17. *ff. de agn. & alend. lib.* nec frater fratri honores vel munera comparare, vel debita sigillatim contracta luere tenetur. *l.* 20. § 6. *l.* 39. §. 3. *fam. hercisc.* Onus enim illud paternæ duntaxat pietati & curæ incumbit, non etiam fratri aut sorori cohæredi, adeoque de communi bonorum quotâ non est detrahendum. *d. l.* 20. *l.* 3. §. *ult. vers. propriis. ff. de Mun. & honor. l.* 15. *ff. eod. l.* 21. §. 2. *ad Municip.* Ratio est *in l.* 5. §. 7. §. 10. *& ult. ff. de agn. & al. lib.* vid. plura apud Vinn. *cap. XIII. n.* 3. Struv. *Exerc.* 37. *thes.* 29.

XLIIX.

Porro de libris quos pater filio in Academiis viventi misit, res est clara; quemadmodum enim equi & alia quæ filio militanti data non conferuntur, *d. l.* 4. *C. fam. hercisc.*

 l. 3.

l. 3. 6. de castrens. pec. ita & libri studiorum causa filio traditi, non conferentur, quando enim res liberorum causa emptæ, iisque traditæ sunt, tunc potius donatio, quàm in peculium concessio præsumitur, veluti in casu *l. 18. C. fam. hercisc.* vid. hic eleg. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. p. m.* 1112. Struv. *Exerc. 37. th.* 29. & elegantissime hic dist. Sichard. *ad auth. ex test. C. h. t. n.* 20. *it. in l. 18. C. fam. hercisc. n.* 3. & commun. Dd ap. Vinn. *de coll. c.* 10. *n.* 11. *usque ad fin. & cap. 13. n. 4. qui hic dissent*, uti & Zoesius *ff. n.* 38. Coler. *de process. execut. p. 2. c. 3. n.* 120. & Brunn. *c. 4. n.* 107. Requiritur autem ut res (& per consequens libri,) fuerit tradita; cum res alterius nomine empta, ante traditionem ei non acquiratur, *l.* 2. 3. *C. si quis alt. vel sibi. l. 59. de A. R. D.* Brunn. *n.* 106. *& n. 114.* Peretz. *comm. ad C. h. t. n.* 11. *p. m. 348.* Obj. varias vid. hic ap. Brunn. *c. 4. n.* 116. Si vero aliquo casu veniant conferendi, Quærunt Dd. Anne cohæredes eorundem æstimatione contentos esse oportebit? Legem hic quidem scriptam non habemus, causa tamen, quæ hoc suadet, satis subest justa, nempe literatorum favor, quorum scientia totus illuminatur mundus. *auth. Habita. C. Ne pat. pro fil.* ac ita nos studiorum favore LL. ad hunc casum extendi posse credimus, *l.* 12. 13. *ff. de LL.* vid. Schneidvv. *ad* § 20. *n.* 51. *I de act.* cum enim rem in specie conferri cohæredum nihil intersit, boni viri arbitratu æstimatio præstanda est. *l. 26* §. 2. *de leg.* 1. *l.* 2. § 5. *de aqua pluv. ar.* ac ratio est in *l. 8. de cond. furt.* eos vero libros, quos ex defuncti patris libris filius quis acquisivit, cohæredibus cæteris omnino conferendos esse, æquitas suggerit. Quamvis autē hic plura de expensis in filiū factis, pro consequendis dignitatibus dici possent, ne tamen theses hæ nimis excrescant, benevolum lectorem ad fontes ipsos remitto *l.* 1. §. 16. *h. t.* Nemaus. *quæst.* 36. Carpz. *p. 3. const.* 11. *def* 17. 18. Christ. Richt. *Expos. d. auth. d. l.*

XLIX.

His ita positis, cum jam egerimus de rebus cônferendis, ordinis ratio requirit, ut exponamus, quando, seu in qua successione locum collatio habeat. Jam autem notum est, successionem esse duplicem aliã Universalem aliã particularē *l.24.§.1.vers.adjit.de damn.inf.l.7.§.8.de iureiur.l.19.§.deinde de ædil.edict.* Brunn. *c.3.n.311.* In universali autem locum invenit collatio, in particulari vero non: adeoque, si liberi, iis rebus, quas titulo singulari possident, contenti, hæreditate paterna abstinere velint non conferunt. *l.fin.ff.de dot.collat. l.25.C.fam.hercisc.l.10.C.h.t.* Bocer. *p.1.disp.13.n.20.* Sciendum vero, quod olim ex testamento qui succedebant, non contulerint, nisi id expresse testator mandasset, *l.ult.C.comm.utriusq.iud.l.un.§.quod à nobis.C.de R.V.A.* sed tantum fuit locus collationi in successione ab intestato. *per l.3.6.ff.de dot.coll.l.1.7.17.C.h.t.* Occasione hujus quærunt Dd. quid juris, si non quidem testamentum factum, sed tantum codicilli? & Riminald. *in l.9 C.h.t.* distinguit inter codicillos disponentes de toto, & disponentes de parte aliqua; atque illis asserit collationem impeditam fuisse, his non item, vid. Brunn. *c.2.n.20.* Treutl. *vol.2.disp.7.th.4.lit.A.* ibique Bach. *p.m.1093.* Verum Vinn. *tr.de coll.c.9.n.3.* dicit, se non posse animadvertere, quid hic intersit, de toto codicilli, an de parte disponant; siquidem ex codicillis non succedatur, de collatione autem quæri non possit, nisi inter eos, qui simul succedunt: & concludit tandem *n.5.* jure veteri locū quoque fuisse collationi etiam tunc, cum codicilli facti, quoniam nihilominus succeditur ab intestato, vid. hic d. Vinn. *per tot.c.9.* Hodie vero secus se habet ratio collationis, cum etiam in successione ex testamento illi sit locus *Nov.18.c.6.auth.ex testamento C.h.t.* ibiq; Nobil. Brunnem. ratio differen-

ferentiæ est, quod succedentes ab intestato veniant vi LL. quæ æqualitatem desiderant, *l. 1. pr. h. t. l. 1. pr. de leg. præst. l. ult. C. comm. utriusq. jud. l. 17. C. h. t. Nov. 22. c. 4. & c. 48.* Instituti vero succedunt voluntate defuncti, cui etsi legislator æqualitatē inter liberos servandā suaserit. *d. Nov. 22.* libera tamē parenti relinquitur disponendi facultas *l. 8. C. de inoff. test. l. 1. C. de impub. l. 3. §. 4. ad SCt. Trebell. l. 77. §. 8. de leg. 2.* vid. Suthold. *diss. 9. th. 30. 31.* Rittershus. *expos. Nov. p. 7. c. 13. n. 6.* Wesenb. *parat. h. t. n. 5.* Brunn. *c. 3. n. 284.* Vinn. *c. 7. n. 5.* Struv. *Exerc. 37. th. 35.* Sichard. *ad auth. ex testamento C. h. t. n. 1.* Zœs. *ff. h. t. n. 40.*

L.

Quamvis porrò jure veteri conferrent tantum eodem jure succedentes, puta si succederent vel contra tabulas testamenti, vel ab intestato unde liberi *l. pen. §. videamus ff. de B. P. cont. tab l. 6. de dot. coll.* vid. Fr. d. Amaya. *obs. juris lib. 1. c. 17. l. 7. C. h. t. l. 10. h. t.* hodie tamen collatio inter eos etiam locum habet, qui diverso jure succedunt, *d. Novell 18. & auth. ex testam. C. h. t.* Bocer. *p. 1. class. 3. disp. 13. n. 4.* & eleg. Bach *ad Treutl. vol. 2. p. m.* 1095. vid. Sichard. Brunman. *ad hanc auth.* Struv. *Exerc. 37. th. 31.* Rittershus. *expos Nov. p. 7. c. 22 n. 7.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2. p. m.* 1080. Zœsius *ff. h. t. n. 16.* Justinianus enim hic sententiam parentum spectavit, non verba, uti Veteres, (cum ex verbis de collatione judicarunt, ut si testator eam injunxisset, bona quoque conferri deberent, si vero nihil dixisset, nihil quoque conferri debuit,) dum credidit, semper in dubio hanc esse testatoris voluntatem, ut æqualitas & concordia servetur, cum inæqualitas discordiæ sit seminarium. *l. ult. C. fam. hercisc.* vid Suthold. *diss. 9. thes.* 31. Vinn. *c. 6. n. 5. 6.* atque nihil magis conveniat juri naturæ, & æquitati benignæ, quam ut qui vitam æqua-

liter

liter à parentibus habent; æquales etiam ex paternis facultatibus portionis consequantur. *Nov. Leon 19. verſ. quin imo.*

LI.

Jam ad modũ ipsũ pergamus: fit autẽ collatio duobus modis re & cautione *l.1.§.11.h.t.* Unde duæ ſpecies oriuntur, Realis, & Cautionalis; de reali & quaſi ſupra quædam attigimus, & poteſt videri Nob. Hahn. *ad VVeſ. h.t. n.6.* & Vincent. Hondede. *Conſult. iurid. vol. 1. conſ. 14. n. 52.* ubi autem re fit illatio, tunc regulariter res acceptæ in ſpecie ſunt conferendæ, unde hic moveri ſolet à Dd. quæſtio hæc, An ſemper res ipſa, an vero aliquando ejus debeat aut poſſit præſtari æſtimatio? ſunt qui dicunt, neceſſario res eſſe conferendas ipſas teſte Arnold. de Reyger. *Theſ. iuris verb. collat. n. 22.* Etſi vero hoc expreſsè ex LL. non poſſit probari nempè *ex l. 1. pr. ff. h. t. l. 11. C. eod.* probari tamen poteſt ex Regula juris, quæ habetur in *l. 2. §. 1. de R. C. l. 16. C. de ſolut.* quod aliud pro alio invito creditori ſolvi haud poſſit, quæ regula in omnibus contractibus modo non ſint occupati in rebus fungibilibus attenditur, cum jam hæreditatis aditio contractibus impropriis annumeretur, *l. 5. §. 2. de O. & A. §. 5. I. de obl. quæ, ex quas contr.* vid. Gothofr. *ad l. 3. §. ult. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. Eat. lit. C.* conſequens hinc erit, hæredem loco bonorum acceptorum æſtimationem reliquis hæredibus offerre haud poſſe; hoc enim foret aliud pro alio ſolvere. Res enim collationi obnoxia aditione hæreditatis cæpit deberi, & ii, qui ad collationem cogere poſſunt, ſunt inſtar creditorum. *per l. 10. ſeq. de V. S.* vid. Brunn. *c. 5. n. 43.* vid. Bachov. *ad Treutl. h. t. th. 6. lit. F.* quibus aliud pro alio, niſi circa res fungibiles, (horum enim alterum ſupplet alterius vicem, & una ſpecies tanti æſtimatur, quanti altera) invitis non ſolvitur. Suth. *diſſ. XIII. th. 8.* Brunn. *n. 43.* Nob. Hahn. *obſ. d. l.*

LII.

Sunt tamen casus in nostro jure, ubi rerum conferendarũ æstimatio præstari potest: (1) si id fiat consentientibus cœteris cohæredibus, volenti enim creditori & in illud consentienti aliud pro alio solvi potest. *per l. 17. l. 20. C. d. solut. l. 16. eod. l. 26. §. 4. de cond. indeb. c. 27. de R. I. n. 6.* modo fiat sine creditoris injuria, illi enim invito pro re credita ne quidem æstimatio obtrudi potest. arg. *l. 2. §. 1. l. 3. de R. C.* vid. Dd. *in l. 22. eod.* Wesenb. *parat. eod. n.* 12. Suthold. *diss. XIII. thes. 17. & 21.* vid. Brunn. *c. 5. n. 43.* (2) si altero principio actionum humanarum conferens, destituatur nempe facultate, quod res vel perierit, vel aliena nata sit; tunc æstimatio rei locum ingreditur Dd. *ad l. 26 ff. fam. hercisc.* fundamentum nostrum quoque in eo consistit, ut quemadmodum in contractu emptionis venditionis venditor regulariter ad rẽ ipsam tradendã cogitur, si modo alterum illud, nempe facultatem tradendi habeat, quâ quoties destituitur, dando interesse liberatur. *l. 11. §. 2. & 9. de act. Empti.* vid. Struv. *Exerc. 23. thes. 107.* (3) si conferentis unice intersit æstimationem potius conferre quam rem ipsam, eâ etiam tunc liberari æquum est. ex. gr. si libri veniant conferendi, quis hic fraudaret studiosum suis libris, quos sibi familiares reddidit. Vinn. *tr. de collat c. 16. n. 5.* Struv. *Exerc. 37. th. 36.* & Dd. plures vid. ap. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 17. th. 6. lit. F. p. m. 1127.* vid. Brunm. *ad auth. quod locum C. h. t.* (4) si res conferenda non æque commode dividi, nec ab alio cohæredum possideri possit, ex. gr. militia, eam sane omnes in sese suscipere haud possunt, item beneficia clericalia, & præbendæ, cum enim ex eorum beneficiorum collatione nulli cohæredum accedere queat utilitas, ea tamen ex juris ratione conferri æquum esse arbitramur, satius fuerit, conferentem, quod habet

bet beneficium, retinere, æstimationemque beneficii loco inferre, cum nil intersit, an cohæredes rem, an vero æstimationem recipiant; fieri enim debet omnis collatio viri boni arbitratu, *l. 2. §. 2. ff h. t.* qui certe nunquam arbitrabitur, eam rem in specie conferri debere, cujus æstimatione cohæredes facile & citra damnum contenti esse possunt. arg. *l. 2. §. 5. de aqua pluv. arc.* nullo enim modo malitiis hominũ est indulgendum. *l. 38. d. R. V.* vid. Brunn. *c. 5. n. 63.* Struv. *Exerc. 37. th. 36.* Vinn. *c. 16. n. 2.* & late Nobil. Dn. Hahn. *in obs. ad VVes. n. N. 6.*

LIII.

Agitari hic solet à Dd. hæc quæstio: ex quo tempore æstimatio, quæ, (ut diximus,) collationi aliquando satisfacit, iniri & institui debeat? dicimus hic cũ Brunn. *c. 5. n. 81.* æstimationem debere fieri, quæ fuit tempore mortis defuncti, cum leges velint collationem fieri debere eorum, quæ conferens tempore mortis defuncti habuit. *l. 6. C. h. t. l. 1. §. 17. §. 19. parat. h. t.* vid. Bald. ita ut bona sint conferenda in ea quantitate, quã habuerat quis moriente patre. vid. Arnold. de Reyger *Thesaur. juris verb. collat. n. 41.* diss Bach. *ad Treutl. vol. 2. disp. 17. th. 6. lit. F. p. m. 1127.* Vinn. *c. 16. n. 4.* qui putant, habendam esse rationem temporis, quo fit collatio, authorem Costalium *ad l. 20. ff. fam. hercisc.* secuti; sed hanc litem nostram nunc non faciemus.

LIV.

Collatio vero est facienda pro portionibus hæreditariis, quos quisque in hæreditate habet, ita, ut persona quoq; conferentis annumeretur, & partem faciat; *l. 2. §. ult. l. 3. §. 2. ff. h. t.* Nemaus. *c. 2. n. 24.* Duaren. *c. 3 h. t.* Michael. Graff. *Recept. sent. de success. tam ex testam. quam ab intest. vol. 2. art. coll. bon. q. 21. n. 7.* Struv. *Ex. 37. th. 36.* Vinn. *tract. c. 16. n. 12.* exempla juris antiqui & novi passim. vid. apud Brunn. *c. 5. n. 34.* & apud Bocer. *p. 1. class. 3. disp. 13. n. 32. & n. 34.* & præclare apud Bachov. *ad Treutl. vol. 2. p. m. 1126.*

Cæterum bona quævis collationi obnoxia, sive dividantur, sive eorum nomine caveatur, sic conferri debent, ut prius ab istis æs alienum deducatur, *l. 6. C. h. t.* ubi Dd. cujus appellatione, quodvis debitum venit, *l. 213. § 1. d. V. S. l. 8. d. acq. hæred. l. 18. cum seq. d. relig. & Sumpt. fun.* Gœdd. *ad l. 159. n. 3. ff. d. V. S* P. Gregor. *46 synt. 8. n. 5.* requiritur tamen, ut debitũ sit purũ, non conditionale; quæ enim sub conditione debentur, ea conferenda quidẽ sunt, ita tamen, ut caveat is, qui est in potestate, emancipato, conditione existente, se emancipatũ contra creditorem pro parte, quam contulit, defensurũ. *l. 2. §. illud. 1. ff. h. t.* Tantũ enim quisq; in bonis habere intelligitur, quantum deducto ære alieno ei superesse potest, *l. 1. §. 1. de V. S. d. l. 2. §. 1. h. t. l. 72 de Iur. dot. l. 39 §. 1. d. V. S.* Leges autem, nisi quod in bonis est conferentis, aut dolo, vel culpa ejus esse desiit, conferre nihil præcipiunt *l. 2. §. 2. ff. h. t. d. l. 6. C. eod.* Brunn *c. 5. n. 01.* item impensæ necessariæ, quæ in rem conferendam factæ sunt, deduci solent *l. 1. §. 5. ff. de dot. collat. ubi Gloss. & Bartol.* ita, ut quod tum superest, conferendum sit, *d. l. 1. §. 5.* Conferatur tamen res seu Summa principalis sine usuris & fructibus, *l. 3. l. 4. l. 8. l. 17. l. 20. C. h. t & passim ff. de dot. coll. t.* Christin. *vol. 1. decis. 179.* & hæc redditur ratio, quia, non alia conferantur, quàm quæ reperiuntur in bonis conferentis tempore mortis patris vel matris *l. 6. l. 12 C. h.* fructus vero consumpti non sint in bonis, sed ratio hæc non procedit; v. Vinn. *tr. de coll. c. 16. n. 11.* Impensæ vero utiles, & voluptuariæ non deducuntur, quãvis ex naturali æquitate fundata in *l. 14. ff. de cond. ind.* concedendam videatur, eas tolli posse, salvis rebus, cui accedunt: quin etiam omnes b. f. possessores, si non deducere, ad minimum tamen impensas utiles, & voluptuarias tollere possint. Sathold. *diss. c. 6. 4. 47. &c.* ut etiam ne quidem m. f. possessori hoc sit denega-

negatum, elegant text, & in *l. 5. C. d. R. V. l. 37. ff. d. eod.* Ratio elegans est in *l. 60. d. A. R. D.* vid. Magn. Dn. Frantzk. *Comm: ad ff. tit. d. R. V. p. m. 239.*

LVI.

Onera præterea, rebus collationi obnoxiis annexa, cum ære alieno in eadem sunt causa; cum res quævis transeat cum sua causa & onere. *l. 67. pr. ff. de cont. empt. l. 1. §. 16. ad SCt. Trebell.* Gail. 1. *Obs.* 21. *n.* 13. In omnibus enim alienationibus dominia rerum cum sua causa ad alios transeunt; facit huc *l. 23. §. 2. d. S. P. R. l. 12. §. 2. ff. fam. hercisc. c. 5. in fin. X. de pign. c. 28. X. d. decius d. l. 67.* vid. Canis. *ad c. 4 X. de immun. Eccles. n. 4.* & ideo, si rei æstimatio quandoq́. veniat præstanda, cui onera sunt annexa, onera ista quoq; minuunt æstimationem, & pro eorundem quantitate ante omnia deducuntur, arg. *l. 26. in pr. π. de leg.* 1. vid. Decium. *ad l. 20. n. 3. C. h. t.* Vital. *q.* 28, *n.* 36. Brunn. *d. l.*

LVII.

Cum vero cohæredũ quis interdũ non statim habeat, unde conferat, hinc cavendum ei de indamnitate suo cohæredi; quare paucis hic lubet attingere aliquid de collatione cautionali, quæ est talis, qua quis cavet, de re conferenda. *l* 1. §. 9. *h. t* & interponitur cautio, quando inter succedentes, quid, quantumque conferri debeat, controvertitur; *l.* 1. §. 11. *ff. l.* 11. *C. h. t. l 8. C. eod.* Cum vero hæc cautio sit prætoria *d. l.* 1. §. 9. *h.* fieri quoque debet per fidejussores, vid. Suth. *diss.* 3. *thes. 44.* Prætor enim per satisdationem sibi caveri voluit; satisdare autem est datis fidejussoribus cavere. *l.* 1. *ff. qui satisd. l. 7. de prat. stip. Nov. 53. c. 2. & 3. §. 2. vers. sola. Nov.* 112. *c.* 2. *l. 4.* §. 18. *de fideic. libert. l.* 16. §. *ult. quib. mod. pignor. solut. l.* 1. §. 1 *ff. ut legator. nom. cav.* Dn. Frantzk. *Comm. ff. qui satisd cog. n. 8.* Dn. Hahn. *ibid.* Ratio hæc est, quod cum immobilium possessores non satis dent, *l. 15. ff. qui satisd. cog.* & cautiones prætoriæ ut pluri-

mum super eo, quod interest, neque certam æstimationem habet, interponantur; non pignora, quoniam nec semper emptorem inveniunt, nec sine longa circumductione distrahuntur, *t. t. C. de distract. pign. & t. t. C. de I. dom. impet.* sed fidejussores dari voluit Prætor, vid. Bach. *ad Tr. vol. 1. p. m. 180.* Frantzk. *d. l. n. 12. p. m. 115.* cum à fidejussore, qui jure veteri ante debitoris principalis excussionem recte conveniebatur. *l. 3. & t. t. C. d. fidei.* debitum facilius exigi, quàm rebus distractionis moram ferentibus consequi poterat. *t. C. de dist. pign. d. t. C. de Iur. dom. nup.* admittuntur tamen aliquando quoque pignora. *1 §. 9. h. t.* cum hodie nonnisi excusso principali, fidejussores demũ conveniantur, *auth. præsente. C. de fideiuss. Nov. 4. c. 1.* nam etiam in cæteris prætoriis stipulationibus obtinet, ut pignoribus velut pecunia aut alterius rei depositione recte caveatur Wesenb. *paratit. ff. qui satisd. cog. n. 7.* ibidemque Hahn. Magnif. Frantzk. *ibid. n. 12. p m. 118.* Vinn. *tr. de collat. c. 16. n. 6.* & si quis ex contumacia conferre noluerit, varia ipsi de jure nostro parata est pœna, vid. Vinn. *d. l. n. 15. d. quo inferius.*

LIIX.

Si vero unus ex cohæredibus ante factam collationem decesserit, hæres ejus cavere debet, & rursus ei conferri oportet, unde & alios cogere potest, ut sibi caveant. *l. 1. § 1. h. t.* Obtinet enim regula Juris hic quando Dd. dicunt, quod jus conferendi & active & passive transeat in hæredes. *l. 1. §. 8. h. t.* Gomes. *ad l. 29. n. 37. l. 2. ur. ff. h. t.* Vinn. *tract. de coll. c. 16. n. 6.* necesse tamen est, ut bonorum possessio à defuncto agnita, & hæreditas, cujus occasione fieri debet collatio, adita, ac sic jus conferendi defuncto quæsitum sit. vid. Castrens. *ad l. 15. n. 1. C. h. t.* Decius *ad l. 14. n. 1. C. h. t. arg. l. 37 § 7. ff. de oper. libert.* aut saltem ex capite suitatis hæreditas transmissa fuerit, *l. 1. ff. d. B. P. cont. tab. l. 3. C. d. I. delib. l. un. C. d. His qui ante apert. tab. hæred. transmitt.*

mitt. His enim cessantibus cessat quoque collatio, Vital. *quaest.* 19. Brunner. *c.* 3. *n.* 123.

LIX.

Si vero quis ob inopiam rei suæ familiaris collationi tamen obnoxius neque fidejussoribus neque pignoribus cavere possit, non illico illi sunt denegandæ actiones competentes hæreditariæ, sed ferendus tam diu, quoad cautionis præstandæ nanciscatur facultatem, *l. 2. §. ult. ff. h.* quæ plerumq; solet esse difficilis inventu, maxime homini non locupleti. *l. 6. si cui plus quam per L. Falc. l. 7. §. 1. qui satisd. cog. l. 2 §. 6. d. Iud.* v. plurvs textus ap. *C. A. h. t. n.* 12. ea tamen lege, ut earum rerũ nomine, quas mora deteriorare solet, cœteris satisfaciat, *d. l. 2. § ult.* Sustinendus autẽ non per annos aut menses aliquot, sed per spatiũ temporis, quo viri boni arbitratu conferre potuerit. *l. 5 §. 1. ff. h.* Wes. *parat. h. n. 6.* judicis enim arbitrio hæc res est determinanda, arg. *l.* 1. §. 1. *de effractor. arg. l.* 13. *de solution. l. 32. pr. ff. de usur.* vid. Brunn. *c. 5. n. 26.* si vero omnis cautio suspensa sit, curator ejus portionis constituitur, apud quem refecta pecunia collocetur, ut tunc demum recipiat, quod redactum est, cum bona contulerit propria, *l.* 1. §. 10. *l. 2. §. ult. eod.* Vinn. *d. tract. c.* 16. *n.* 7. *C. A. M. h. t. n.* 12. Bocer. *part.* 1. *class 3 disp.* 13. *n. 45.* Struv. *Exerc. 37. th. 36. p. m. 409.* Brunner. *c. 5. n. 30.* Non est autem opus cautione, si inter liberos conveniat, quid sit conferendum; sed si inter eos sit controversia, num aliquid sit conferendum, tunc enim suspenditur collatio ejus, data cautione de conferendo, si necesse erit. Nemaus. *c. 2. n. 24.* Tholosan. *46. synt. 8. n. 27.*

LX.

Quærunt occasione hujus Dd. si jam per errorem facta sit divisio, omissa collatione, aut cautione, idque authoritate judicis interveniente, an nihilominus peti possit ut fiat collatio? Resp. potest adhuc judicis officium implorari, *l. 3. C.*

Comm. utriusq. iud. l. 4. C. de I. & F. ignor. etiamsi sententia in judicio familiæ herciscundæ desuper lata sit. *l. 36. F. hercisc. l. 8. C. h.* ad instar calculi erroris: si enim aliquis calculi error intervenerit, emendationi locus est. *l. un. C. de error. calcul.* Hoc enim tendit saltem ad minuendam & moderandam exsecutionem & vires judicati Gilcken in *d. l. 8. C. h. t.* ubi tamen hoc ita procedere notat, nisi auditis partium collationem petentium & renuentium allegationibus post causæ cognitionem Judicis sententia intervenerit. *l. 7. §. 1. de compens.* sed tunc dici non potest collatio omissa per errorem: limitatur ergo, si non appellatione intra tempora præfinita interposita collatio petita fuerit. vid. hic Peretz. *Comm. C. h. t. inf.* Brunn. *c. 5. n. 134.* Pœna vero non conferentis, aut per contumaciam cavere nolentis, cum possit, hæc est, ut ei denegentur actiones hæreditariæ, quæ alias pro consequenda sua portione ipsi competerent, donec consilium mutet, *l. 1. §. 10. 13. ff. h. t.* vid. Brunn. *c. 5. n. 113. l. 11. l. 14. C. eod.* & si detrectans collationem sit in possessione rerum hæreditariarum, potest omnino compelli officio judicis per *l. 8. C. h. t.* ubi Cyn. Brunm. & alii. si vero interim ille plurima præceperit, vel res hæreditarias diu possederit, ut actiones ei nec utiles, nec necessariæ sint, necesse omnino est, ut reliqui cohæredes implorato, ut diximus, judicis officio collationem exigant. *l. 8. C. h. t.* Cyn. *n. 7. C. eod.* Sichard. ad eandem *n. 16.* Wesenb. *par. n. 6. ff. h. t.* si ergo tantum temporis effluxerit, intra quod collatio commode fieri potuisset, in tantam pecuniæ summam quanti ea res est, debet condemnari *l. 5. in fin. ff. h. t.* Nemauf. *c. 2. n. 24.* Peretz. *h. t. n. 19.* Brunner. *in fin. sui tract. tantum de modo.*

LXI.

Restat ultimum nostrarum thesium membrum, ad quod nunc dilabimur, inquisituri, quis tandẽ finis & effectus sit collationis. Jure verò Veteri erat, ut defenderentur sui ab

injuria

injuria & incommodo, quo ab Emancipatis afficiebantur *l. 1. pr. ff. h. t.* Jure vero novo nihil aliud collatio spectat, quam æqualitatē inter liberos parentibus succedentes. ex *Nov. 18. c. 6.* eaque jam servata æqualitate, ut bona defuncti parentis una cum collatis inter eos dividantur *l. 7. C. l. 20. C. h. t. d. Nov. 18. c. 6.* vid. eleg. Vinn. *c. 17. n. 2. 3.* Effectus vero collationis est, quod bona collata, & hæreditati communi permista, & ipsa hæreditaria fiant, aut utique pro ipsis habeantur, (2) quod post factam demum collationem actiones hæreditarias efficaciter liceat exercere. *l. 1.* §. *10. 11. ff. h. t. l. 8. quod. l. 1. 11. C. h. t.* quod si quis per contumaciam conferre detrectet, cum tamen habeat conferendi facultatem, pœna hæc de jure nostro statuitur, ut ei denegentur actiones hæreditariæ, quæ alias pro portione sua hæreditaria ei competerent, donec consilium mutet. *l. 1.* §. *10.* §. *13. ff. h. t. l. 11. l. 14. C. eod.* quod si is, qui collationem detrectet, sit in possessione bonorum hæreditariorum, poterit officio judicis cogi. *l. 5. C. h. t.* ubi vid. Brunman v. *l. 5. in fin ff. h. t.* Wes. *parat. eod. n. 6.* Perez. *h. t. C. n. 19.* Nob. Hahn. *ad VVes. parat. n. 6. h. t.* vid. Brunner. *c. 5. n.* 138. De judicis vero officio vid. Mich. Graff. *Recept. sent. de success. ex test. quam ab intest. art. coll. bon. q.* 21. *n. 5.* it. Nob. Hahn. *d. l.* quod si vero quis exceptionem collationis primum faciendæ omiserit sciens, obtinet locum Regula nostri juris partim fundata in *l. 53. ff. d. R. l. partim in l. 213. d. l. R. I. eod. c. 86. d. R. I. in 6.* Hæc sunt quæ nunc quidē proponere volui; quamvis autē non omnia accuratè & pro hujus materiæ dignitate à me sint elaborata, spero tamen veniam me impetraturum, ut ostenderem, me illustris hujus Juliæ civem fuisse, & utinam liquido jurare possem, non omninò otiosum. Tibi jam soli Deo omnis boni in nos collati auctori GLORIA

ET HONOR SIT IN OMNE

ÆVUM.

Facta

FActa virum laudant: Didicisse fideliter artes
Quid juvat, & Doctùm volvere scripta manu?
Prorupisse decet, depromere syrmate longo
Omnia, quæque tenes, omnia, quæque facis.
Strenuus haud miles cluet is, qui castra secutus,
Lustravit turmas: prælia sæva fugit,
Sanè nulla brabea feret. WICHMANNUS at iste
Plurima perdiscens, docta pericla subit.
Fortis & haud timidus subiit, subit; atque tuetur
Lemmata, quæ tractant CONTRIBUENDA BONA.
Laudo conatus magnos: sic itur ad artem!
Fortius ac insta; laurea, lausque manent.
Sic tua pertinget, scandetque ad sidera virtus
Et stirpi magnæ fama perennis erit.

GEBHARDUS THEODORUS Meier SS.Th.D.& P.P.

COntulit ingenii Tibi plus satis Arbiter orbis
Et patriæ per Te commoda multa parat.
Tu verò, WICHMANNE, quibus te dotibus ornes,
Hoc præsens ipsâ pagina fronte docet
Gratulor; & si quæ virtuti præmia restant
Præmia virtuti spondeo prima Tuæ.

Doctissimo Dn. Respondenti per quinque propè annos, Convictori, olim etiam domestico, semper verò auditori sedulo, amico meo carissimo, in amoris & benevolentiæ signum hos scribere volui versiculos

GEORGIUS Werner J.U D & P P.

Eruditissimo Iuveni

DN. LAURENTIO WICHMANNO Hamburgensi

Solidioris Iurisprudentiæ strenuo sectatori

LAudarem, WICHMANNE, Tui monumenta laboris?
Ipsa met ast in se plurima laudis habent:
Hoc unum superaddo Bonis Tu nulla paternis,
Sed millena Tibi conferat ipse Deus.

Sinceri affectus testandi scr.

ENOCH GLÆSER J.U.D. & P.P.

